1978
L
1582

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-439210-p0001-1

A. d. 9

Phil. vi

27. 22

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-439210-p0002-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-439210-p0003-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-439210-p0004-8

RHE=

TORICA IOAN=
NIS CAESARII IN
septem libros siue tractatus
digesta, uniuersam fere eius
artis uim compendio com=
plectens iam denuo excusa,
sed per eundem antea di=
ligẽter recognita, & ca
stigata locupleta=
tacꝙ.

IMPRESSVM CO=
loniæ apud ędẽ diui Lupi.
M. D. XXXV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-439210-p0006-0

GENERO SIS ATQVE OPTIMÆ SPEI adolescentibus Ioanni á Vueda, & Antonio á Scauenburgo comitibus, suis quidem fautoribus charissimis Ioannes Cæsarius. S.D.

IAM DVDVM COGItanti mihi, quidnam tandem rependerem uobis pro beneuolentia erga me uestra, magna quidem illa & minime uulgari, qua me exanimo (ut plane animaduerto) amplectimini, & prosequimini sedulo inclyti & generosi adolescentes, in mentem uenit extare adhuc penes me, sed delitescere in angulo aliquo collectanea quę dam in artem rhetoricam, quę anno superiori cum dialecticam meam prælegerē studiosis quibusdam eius artis tum adolescentibus tum Iuuenibus, collegeram ex optimis authoribus, atq; eadem seorsum certis quibusdam ex eisdem illis auditoribus dictauerā rogatus abipsis, quæ uidelicet ipsi exciperent, ueluti è manibus in manus tradita. Atq; hęc proinde nunc uestra potissimum causa in animum induxi ad manus reuocare, atq; recognoscere, et in ordinem aliquē cō ponere, quę uobis dedicarē inuicem, ut per quę post grammaticę & dialecticæ rudimenta medi

ocriter percepta, ad ipſam quoq; rhetoricam á/ditus aliquis uobis pararetur, & uia utcunq; ſterneretur, idq; tanto facilius, quod in his no ſtris collectaneis elementa tantūmodo eius ar/tis contineantur. Eſſet hic mihi campꝰ profecto ampliſſimus et apprime opportunꝰ, per quem li bere decurrerem ad cōmemorandum, quo me fauore & beneficētia in utraq; ueſtra familia do meſtici proceres ij dēq; bene nati proſecuti ſem per ſint ac proſequātur hodieq; ex ijs preſertim qui in humanis adhuc agunt, ni alio me animus auocaret. Quippe qui in hoc totus iam ſum, ut adhorter atq; admoneam uos non modo ad ſtu dia bonarum literarum proſequenda, ſed & ad pulchros mores ante omnia amplectendos, ut quibus animus precipue formatur, & indies me lior redditur, idq; adeo ut ſi cui quantumuis e/rudito illi defuerint, parum ei profuerit literis uel maxime promouiſſe, Verum quia intelli/go ac uideo ipſe ſubinde uos ultro atque adeo ſponteueſtra ad ipſa ſtudia ueluti procurrere, et ad pulchros quoq; mores induendos animum non ſegniter ſubmittere, ita ut me iam admo/nitore propemodum opus non habeatis, & ta/men id interim quid tentare nocebit (ut ille ait) non poſſum ſane committere, quin campum il/lum hactenꝰ ſepoſitum repetam, & decurſum in terim ꝙq; poſthabitū de integro capeſſam, hoc eſt ut de utriuſq; familię ueſtræ domeſticis illis proceribus eiſdēq; bene natis illud quod dicere

propoſueram, hinc in medium adferam, quod alioqui pudori mihi eſſet de adeo bene meritis de me, præſertim cum iam occaſio ſeſe exhibeat, nihil prorſus cõmemorare. Vt ergo ad ſingulas ueniam, in tua Antoni familia mihi occurrit generoſus & illuſtris comes Adolphus à Scauenburgo frater tuus germanus inſignis eccleſię Leodienſis prępoſitus, & nuper electus coadiutor dioceſios Colonienſis uir imo iuuenis ſi ad ętatẽ reſpicias, multis pręclaris dotibus tum animi tum corporis prædituſ, ut per quas haud dubie ad dignitates illas prouect9 ſit. Is autem quanto me fauore, beneuolentia, imo & beneficentia proſequatur, quid attinet longius perſequi? Sed & in tua mi Ioannes, quis non expatruis illis tuis uiris me hercle generoſis & illuſtribus me adiuuerit identidem beneficijs uel citra meritum, & inter ipſos cũ primis generoſus & illuſtris uir Guilhelm9 à Vueda comes Morſenſis pię & fœlicis memorię. Cuius ſi meritas laudes perſequi hic nunc uellem, dies citius me deficeret. Audeo dicere ac ingenue dicam me non expertum unq; uirũ meliorem illo, utpote multis magniſq; uirtutib9 inſigiter nobilitato, nempe præter ſingularem prudentiam qua pollebat, fortitudine, liberalitate, magnanimitate, manſuetudine, & ut ſemel finiam, fide & pietate in deum & homines. Vnde & non iniuria illum inter priſcos illos heroas numerauerim. Cæterum reliquos tuos patruos prudens hic nunc

silentio transeo, ne si illorum uirtutes & ab his meritas laudes referre ac recensere ad plenum uellem, epistolæ modum excederem. Itaque hic finem tandem faciam, & uos illius tantum modo semel admonitos uolo, ut illorum, quos supra iam recensui, uestigijs pro sua uterque uirili innitamini atque insistatis rem interim facturi uobis minime unq̃ pœnitendam. Bene ualeat uterque uestrum. Coloniæ ex ædibus meis Anno Millesimo, quingentesimo, tricesimo quarto mense Augusto.

AVTHORVM, EX QVIBVS hoc opusculum collectum atq; conflatum est, nomina hęc fere sunt.

Aristotiles
Quintilianus
Suetonius
Sulpitius Victor
Victorinus
Chirius Fortunatianus
Martianus Capella
Georgius Trapezuntius
Philippus Melanchthon

Cicero
Plinius
Author magni etymologici. August.
Plutarchus
Apthonius
Boetius
Franciscus Mattus Crancius.

Ex grammaticis & poetis:

Virgilius
Ouidius
A. Gellius

Horatius
Iuuenalis
Diomedes

INCOM

PENDIARIAM ARTIS RHE TORICAE INSTITVTIONEM

utpote quæ prima eius artis rudimenta, hoc eſt capita tantum amplectatur, Ioannis Cæſarij.

Præfatio.

TRACTATVS PRIMVS.

Ametſi Rhetorica una eſt ex iſs artibus, quæ communiter triuiales (ut quibuſdam placet) a triuio, in quo olim tradebantur, aut etiam ſermocinales dicuntur, quod circa ſermonem peculiariter uerſentur, uel quod ad ſermonem hoc eſt ad orationem tendant: quæ quidem artes ſunt numero tres, Gramatica, Dialectica, Rhetorica, non tamẽ, ut Graműatica a literis orditur & ſyllabis, quæ primæ & minimæ eius artis partes ſunt, nec ut Dialectica a ſimplicibus uocib⁹, quæ prę dicamenta appellantur, quæ & ipſa nimirũ in ea arte prima & minima habentur, ſic & Rhetorica aut a literis & ſyllabis, aut a ſimplicibus uocibus ueluti principiis, ſiue elementis quibuſdã auſpicatur, hoc eſt exordiũ

capit, sed ad solam se confert orationem, quã instruat suis ipsius ad hoc utens prę̃ceptis, at non qualem Grammatica ex dictionibus simpliciter componere docet, nempe congruam aptamq; ad exprimendum mentis conceptum: neq; qualem Dialectica instituit, ut in qua ueritas falsitasue deprehendatur, tum & per quam aliud ex alio inferatur, siue per quã aliud quippiam ex ꝭs quæ posita sunt, colligatur. Cuiusmodi tamen orationibus, ut & uerbis ipsa interim utitur uelut a superioribus illis artibus mutuo acceptis, sed non plane gratuito, aut etiam absq; fœnore. Quippe quæ ornatum illis addit & splendorem. Vnde & talem cum primis orationem molitur, per quam quisquis huius artis prę̃ceptis probe institutus fuerit, ut est orator, is tum copiose, tum apposite de q̃cunq; re proposita dicere poterit, in hoc p̃sertim ut persuadeat. Verum quia huiuscemodi oratio non poterit ab aliquo institui, neq; commode tractari ad finem artis, utpote quæ multo longior sit reliquis duab⁹, imo quę certis eisdemq; magnis ex partib⁹ cõstet, nisi ab eo qui prius didicerit, quibus rebus eũ qui ad dicendum ap

paratur, instructum esse oporteat, tum quẽ admodum siue quo ordine de illis dicat is, qui ad dicendum iã instructus accedit, et qui bus inter dicendum uerbis utatur, & quod eidem nisi firma adsit memoria, frustra talis comparatur oratio, ut cui nec suppetit apta decenscp pronuntiatio. Quę sane omnia quia sola Rhetorica nobis suppeditat, atcp subministrat, de ipsa iam post Grammaticam & dialecticam dicendum nobis est, & tractatus aliquot parandi. Primum igitur dicendum, quid sit Rhetorica, & quot eius partes, tum quod officium eius, et quis finis & quot genera causarum, circa quæ orator cum plurimum uersatur, quę etiam ciuiles quęstiones appellantẽ, necnon qui in unoquocp genere causæ auditores habeantur: Postremo autem & de ipsa oratione, quæ (ut uult Boetius) ipsius artis instrumentũ habeẽ, & quibus et quot partibus illa constet, & quod opus siue effectꝰ artis. Quibus quidem breuiter et tancp per cõpendiũ a nobis tractatis atcp expositis, facilior erit (ni fallor) studiosis huius artis aditus atcp accessus ad magnos eiusdẽ artis authores, hoc est ad eos, qui exacti

ius & copiosius de hac arte scripserunt, & præcepta tradiderunt, inter quos mihi non postremus habendus est Philip. Melanch. (id quod citra adultionem dico) uir ꝓfecto acri & magno iudicio, & exactissimus triuialium disciplinarũ scriptor, ut cuius ꝓinde lucubrationes passim circumferunt̃, & leguntur non sine ꝓfectu multorũ. Cęterum priusq; nos hæc omnia, quo ordine paulo supra a nobis annotata sunt, aggredi tentemus, non inutile fortassis fuerit indicare, quæ sit huius artis utilitas, idq; ex non uulgaribus authoribus, ut hac scilicet utilitate percepta, lubentius animũ suum huic quoq; arti admouerint, quicunq; bonarũ artiũ cupidi alioquin sunt & studiosi. Quos etiam nunc hic admonitos uolo me interim dum artis Rhetoricæ capita tantummõ colligo, nihil fere de meis adijcere inuentis (& quid enim dici iam potest, quod non sit dictũ prius? ut ille ait) sed omnia maxima ex parte ex magnis illis huius artis authoribus decerpere, & in unũ ueluti fasciculum, hoc est summam atq; compendium componere non ad aliũ sane usum, quam ut supra dixi.

ARTIS RHETORICAE QVOD MAGNA SIT INTER Grammaticam, Dialecticam & Rhetoricam cognatio, tum uero quemad modum differant inter se distentq;.

Cap. I.

EX prædictis liquido patere potest, quod non solum differant inter se distentq; grammatica, dialectica, & rhetorica suis scilicet ac propriis finibus, sed & cognatæ sibi inuicem sint. Cognatio autem hæc inter eas eo esse dicta est, quod communi nomine appellentur tum triuiales, tum sermocinales, imo uero quæ & a nonnullis rationales præterea appellãtur, nec id quidam ab re. Quippe quæ ea nobis suppeditant, quibus ratio redditur de dubijs ac incertis propositis. Verum hic nunc fortassis dubitabit quispiam, quonam pacto illud de grammatica quoq; dici aut etiam intelligi possit? Certe si huic arti poëtica subiecta est, & historia item, ut multorum certe est sententia & opinio, habet utique & grammatica, unde fidem fa-

ciat probetque aliquid, ac rationem quo-
damodo reddat, loco aliquo (ubi & quan-
do res postulauerit) ex historia maxime pro-
bata desumpto; aut adducta fabula ex his
præsertim fabulis, quæ Æsopi cuiusdam
nomine circunferuntur celebranturque. De
fabulis quidem huiusmodi paulo altius a no
bis repetetur tractatu tertio, ubi de argumen
tis agemus. Cæterum si propositæ rei ad
præsens exemplum quæris, habes in prom-
ptu apud Plinium de illustribus uiris Mene
uium Agrippam, qui rebellanti aduersus Se
natum plebi Romanæ proposita tantum
modo fabula ex Æsopo de uentre ob inglu-
uiem a cæteris humani corporis membris
accusato persuasit, ut cum Senatu absq; ulla
cunctatione in gratiam rediret. Non iniu-
ria igitur cognatæ inter se dictæ sunt tres su
pradictæ disciplinæ. Quas proinde si quis
separauerit, ac non potius eas sibi coniunxe-
rit ad cumulum studiorum, is profecto uix
docti hominis nomen merebitur, quantum-
uis in una aut altera earum profecerit. Cæ-
terum hanc cognationem maiorem habet
rhetorica cum dialectica quam cum grãma-

tica, atq; id ita esse testatur Aristotiles qro=
que ipse in initio statim eius operis quod de
arte rhetorica ad Theodectē inscripsit, adeo=
que ut dicat rhetoricam cum dialectica con=
uerti, uel(ut paulo apertius dicam)equiua=
lentem esse dialecticę. Eius autē hęc sunt uer
ba . ἡ ῥητορικὴ ἐσὶν ἀντίσροφος τῇ διαλεκτικῇ .
Nam de talibus quibusdam (inquit) utraq;
est, quę cognoscere quodam modo omnium
communiter est, nullius definitæ determina=
tæq; scientię. Quin & de fide faciunda rheto
ricam ait uiam esse & rationē artificiosam, fi=
demq; potissimum demonstratione fieri,
quod utiq; ipsa rhetorica (ut alibi ab eodem
dicitur Aristotele) per exēpla facit & enthy=
memata. Enthymema porro demonstratio
rhetorica est, id quod præcipuum est, in per=
suasione.

QVAM INTER SE HABEANT differentiam Dialectica & Rhetorica duxaxat partim ex Boethio, partim ex Zenone stoico philosopho imo stoicorum sectę principe, Caput. II.

QVemadmodum igitur conueniāt inter
se, sibiq; inuicem cognatę sint tres ille

sæpe dictæ artes Grammatica, Dialectica, et Rhetorica, rursusq; quemadmodum inter se quoq; discrepent, distentq; suis .s. ac propriis finibus, ex prædictis hucusq; haud obscurum est intelligere. Sequitur hinc alia quædam, quæ inter Dialecticã duntaxat & Rhetoricã uersatur discrepãtia dissimilitudoq;, quam & hic nunc adiícere quid uetat? Quippe q; eam scire atq; intelligere habeat nonnihil momenti ad uim artis Rhetoricæ citius percipiẽdã. Discrepãtia autem atq; dissimilitudo inter ipsas, ad hunc modũ se habet, qd Dialectica thesin tantum considerat, rhetorica uero hypotesin. Cæterorum quid sit tum thesis, tum hypothesis, tractatu ab hinc tertio, ubi de materia huius artis simul et de causa dicetur, latius illud a nobis explanabitur. Rursus Dialectica interrogatione & responsione astricta est. Rhetorica propositã rẽ perpetua oratione decurrit. Dialectica item perfectis utitur syllogismis, Rhetorica enthymematum breuitate contenta est. Quid qd & illud inter ipsas differentiam facit, qd rhetor alium habet præter aduersarium, iudicẽ, Dialectico uero ille fert sententiam, qui ad-

uersarius sedet ? Aduersario enim hoc est op
ponenti (quem uocant) responsio ueluti sen=
tentia subtilitate interrogationis elicitur. Ex
quo iam colligere licet, ꝙd omnis inter Dia=
lecticam et Rhetoricam differentia discrepan
tiaꝙ, uel in materia, uel in usu, uel in fine con
stituta est. In materia quidem, quod alteri the
sis, alteri hypothesis subiecta est. In usu autẽ,
quod hæc interrogatione, illa perpetua orati=
one disceptat. In fine uero, ꝙ hęc persuadere
iudici, illa quod uult, ab aduersario extorque
re conatur. Hucusꝙ ex Boethio hæc fere ad
uerbum, libro quarto de differentijs topicis.
Sed & Zeno ille a quo stoicorum secta &
disciplina profecta est, manu demonstrare so
lebat interrogatus quid inter duas illas artes
interesset. Nam cum compresserat digitos,
pugnumꝙ fecerat, dialecticam aiebat eiusꝫ=
modi esse. Cum autem manum ipsam dilata=
uerat, palmæ illius similem eloquentiam esse
dicebat. Hæc ita de Zenone ex Georgio Val
la Placentino in principio suę rhetoricę, quę
& ab ipso alicunde haud dubie petita sunt.
Cæterum illud Zenonis iudicium de diffe=
rentia inter dialecticam & rhetoricam Quin

tilianus eisdem quidem uerbis omnino sed paucioribus li.ij. institutionis oratoriæ ita comprehendit, quod dialecticam ille compresse in pugnum manui rhetoricam eiusdē explicitę similem dicebat. Sed longius fortasis hæc prosecuti sumus quam institutio nostra exigat. De trib⁹ igitur inter se cognatis artibus Grammatica, Dialectica, & Rhetorica hæc iam dicta sufficiant. Super est ut ad eam rem quam querimus, propius accedamus, hoc est de rhetorica ipsa quod possit, quæq; eius sit utilitas, deinceps dicamus.

QVID POSSIT HAEC ars unde & eius utilitas quomodo intelligatur.

ITaq; quid possit rhetorica, unde & eius utilitas quodammodo intelligatur, primum hinc ex Cice. dicamus. Is ēm in præfatione operum Rhetoricorum de inuentione, ita de eius ui & potestate inter alia præfatur. Fuit (inquit) tempus quoddam, cum in agris homines bestiarum more uagabantur, & sibi uictu ferino uitam propagabant, nec ratione animi quicq̄, sed pleraque uiribus corporis administrabant &c. Quo tempore (idem

deinde ait) quidam magnus uidelicet uir & sapiens cognouit, quæ materia esset, & quanta ad maximas res oportunitas animis iniecta esset hominum, si quis eam posset elicere, & præcipiendo meliorem reddere, qui dispersos homines in agris & in tectis syluestribus abditos ratione quadam compulit in unum locum & congregauit, & eos in unam quamq; rem inducens utilem atq; honestam, primo propter insolentiam reclamantes, deinde propter rationem atq; orationem studiosius audientes, ex feris & immanibus mites reddidit & mansuetos. Vnde & mox idem subdit. Ac mihi quidem (inquiens) uidetur hoc nec tacita, nec inops dicendi sapientia perficere potuisse, ut homines a consuetudine subito conuerteret, & ad diuersas uitæ rationes traduceret. Hucusq; Cicero.

CVIVSMODI HIC MAGnus & sapiens uir fuerit, exemplo quodammodo declaratur ex Horatio & Virgilio.

Cap. IIII.

SAne hic magnus & sapiens, cuius nomen Cicero non exprimit, talis uideri potest

fuisse uir, qualis Orpheus ab Horatio in ar=
te poëtica describitur, aut Amphion: quorũ
uterq; ratione haud dubie usus & oratione
tale quid fecisse ab eodem dicitur, quale quid
Cicero sapientem illum suum & magnum ul
rum fecisse ait. Et licet Horatius ipse Orpheũ
& Amphionem inter poëtas & uates con=
numeret, ut etiam erant, tamen cum id face=
rent, quod ab eo fecisse narrantur, non iam
tum poëtas aut uates, sed oratores potius
agebant. Versus quibus in arte de ipsis
hæc dicit Horatius, hic nunc subĵciam.
Syluestres homines sacer, interpresq; deorũ
Cędibus & uictu fœdo deterruit Orpheus,
Dictus ab hoc lenire Tigres, rapidosq; leões
Dictus & Amphiõ Thebanę cõditor arcis
Saxa mouere sono testudinis, & p̃ce blanda
Ducere quo uellet. fuit hęc sapientia quõdam
Publica priuatis secernere, sacra prophanis,
Cõcubitu prohibere uago, dare iura maritis
Oppida moliri, leges incidere ligno.
Talis quoq; uir & a Virgilio in primo Æ=
neidos describitur, imo suis uelut coloribus
depingitur, cum ait.
At ueluti magno in populo cũ sępe coorta ẽ

Seditio, ſęuitcꝫ animis ignobile uulgus
Iamcꝫ faces & ſaxa uolant, furor arma min=
ſtrat.
Tum pietate grauẽ, & meritis ſi forte uirum
quem
Conſpexere, ſilent, arrectiſcꝫ auribus aſtant.
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.

DE VTILITATE ARTIS
Rhetoricæ ex Quintiliano.
Cap. V.

AT nunc etiam ex Quintiliano grauiſſimo ſane authore pauca in hoc collecta ut huius artis utilitas plenius intelligatur, hic ſubiicere non grauabor, ut uel hoc pacto illis ſatis fiat, qui artem hanc ut pernitioſam & inutilem calũniari non uerentur. Quidam (inquit ille) uehementur in ipſam artem inuehi ſolent, & (quod ſit indigniſſimum) in accuſationem orationis utuntur orandi uiribus. Eloquentiam eſſe aiunt, quæ pœnis eripiat ſceleſtos, cuius fraude damnentur interim probi, conſilia ducantur in peius, nec ſeditiones modo, turbęcꝫ populares, ſed bel=

la etiam inexpiabilia excitentur, cuius deni-
que tum maxime sit usus, cũ pro falsis con-
tra ueritatem ualet. Ex his adcĩjiunt exempla
Græcorum Romanorumqꝫ, & enumerant
ꝙos, qui pernicioſa nõ ſingulis tantum, ſed
rebus etiam publicis, eloquentia uſi turba-
uerunt ſtatus ciuitatum & euerterunt, eoqꝫ
& Lacedemoniorum ciuitate expulſam, &
Athenis quoqꝫ, ubi actor mouere affectus
uetabatur, uelut reciſam orandi poteſtatem.
Hactenus ſic illi contra artem. Quibus mox
artis calumniatoribus ita exadiuerſo, & uelu-
ti κατ' ἀντίσξεφον, hoc eſt per inuerſionẽ idem
Quintilianus occurrit atqꝫ reſpondet eiſdem
pro ipſa arte, quibusilli contra utens argu-
mentis, Quo (inquit) modo nec duces erunt
utiles, neqꝫ magiſtratus, nec medicina, nec
denicꝫ ipſa ſapientia. Imo quis neſcit ignes
& aquas, ſine quibus nulla ſit uita, & (ne
terrenis immorer) ſolem lunamque præci-
pua ſiderum, aliquando etiam nocere? Num
igitur negabit deformẽ Pyrrhi pacẽ cęcꝰ ille
Appius dicendi uiribus diremiſſe? Aut non
diuina, M.T. Cic. eloquentia Catilinæ fre-
git audatiam. Nonne perterritos militum

animos frequenter a metu reuocat oratio? Equidem nec urbium conditores reor aliter effecturos fuisse, ut uaga illa multitudo coiret in populos, nisi docta uoce commonita, nec legum repertores sine summa ui orandi consequutos, ut seipsi homines ad seruitutem iuris astringerent, Quin ipsa uitę præcepta etiam si natura sunt honesta, plus tamen ad formandas mentes ualent, quoties pulchritudinem rerum claritas oratiõis illuminat: Quare etiam si in utrãqꝫ partem ualent arma facundiæ, non est æquum id haberi malum, quo bene uti licet, Præterea si est orator in primis uir bonus, & rhetorica bene dicendi scientia, utilem certe esse eam confitendum est. Et Hercle deus ille princeps parens rerum fabricatorqꝫ mundi, nullo magis hominem separauit a cæteris (quæ quidem mortalia essent) animalibus, quam dicendi facultate. Nam corpora quidem magnitudine, uiribus, firmitate, patientia, uelocitate, pręstantiora in illis mutis uidemus, eadem minus egere acquisitæ extrinsecus opis. Nã & ingredi citius & pasci, tranare aquas citra docentem natura ipsa sciunt: Et plaraqꝫ contra

frigus ex ſuo corpore ueſtiuntur, & armã his ingentia quædem, & ex obuio fere ui ſtus, circa quæ omnia multus hominibus labor eſt. Rationem igitur nobis præcipuam dedit, eiuſq; nos ſocios cum díjs immortalibus, eſſe uoluit. Sed et ipſa ratio neq; tam nos iuuaret, neq; tam in nobis eſſet manifeſta, niſi quæ concepiſſemus mente, promere etiam loquendo poſſemus, quod magis deeſſe cæteris animantibus, quam intellectum, & cogitationem quandam uidemus. Nam & moliri cubilia, & nidos texere, & educare fœtus, & excludere, quin etiam in hyemem reponere alimenta, opera quędam nobis inimitabilia (qualia ſunt cærarum, et mellis) efficere nõnullius fortaſſis rationis eſt. Sed quia cerent ſermone quę id faciunt, muta atq; irationabilia uocantur. Deniq; homines, quibus negata uox eſt, quantulum adiuuat animus ille cæleſtis? Quare ſi nihil a díjs oratione melius accepimus, quid tam dignum eſſe cultu, ac labore ducamus, aut in quo malimus pręſtare hominibus, quã quo ipſi homines cæteris animalibus præſtẽt? Eo quidem magis, quod nulla in parte pleni-

us labor gratiam refert. Nam ut omittam, defendere amicos, regere consilijs senatum, populum, exercitum in quę uult ducere, quã sit utile, conueniatq; bono uiro? none pulchrum uel hoc ipsum est ex communi intellectu, uerbisq;, quibus utantur omnes, tantum assequi laudis, & gloriæ, ut non loqui, & orare, sed (quod pericli contigit) fulgurare ac tonare uidearis? Hæc ita ex Quintilano pene ad uerbum lib. secundo oratoriæ institutionis cap. xvii.

QVA RATIONE RHETORICAE inuentio habeatur, unde & eius utilitas, quo q; cognoscatur.

Cap. VI.

QVin & in eundem fere sensum Aurelius Augustinus sed quã breuissime, de utilitate rhetoricæ, ac insuper quamobrem ratio in nobis ipsam post Grammaticam atque Dialecticam inuenerit, in eo libro, quem de ordine inscripsit, differit hoc modo. Quoniã (inquit) stulti homines plerunque ad ea, quę suadentur recte, utiliter, & honeste, non ipsam syncerissimam (quam rarus animus ui-

det) ueritatem, sed proprios sensus consuetu
dinemq; sectantur oportebat eos non docea
ri solum quantum conuenit, sed sæpe & ma=
xime commoueri. Hanc suam partem, quę id
ageret, necessitatis pleniorem quam purita
tis refertissimo gremio deliciarum, quas po=
pulo spargat, ut ad utilitatem suam dignetur
adduci, Ipsa illa in nobis ratio uocauit Rhe=
toricam. Hæc ille, Quibus & nos pauca ad=
damus, quo citius, ac plenius percipiantur,
quæ ab illo dicuntur, idq; eo præsertim loco
ubi ait, oportebat eos non doceri solum, quã
tum conuenit, sed & sæpe & maxime com=
moueri: hic ut id quod ait doceri, referendũ
est ad grammaticam, & dialecticam, ita quod
protinus subiungit, comoueri, ad rhetoricã.
Nam ut grammaticæ & cum primis Diale=
cticæ officium est docere, ita rhetoricæ inter
cætera eius opera præcipuum est mouere, id
quod potissimum fit in contionibus & per
orationis

QVID INTERSIT INTER RHE torem, sophistam, & oratorem, obiterq; de utilitate & ratione declamandi, quam breuissime ex Quintiliano. Cap. VII.

IAm &illa demum, quę est inter rhetorē, sophistā, &oratorem differentia hoc loco haud temere addēda, &explicanda uenit, idq; ex Victorino, quam ille in prologo cōmentariorꝫ suorꝫ in Rhetoricā Ciceronis de inuētione ad hunc modum tradit. Rhetor est (inqt) qui docet literas &artes, traditor eloquētię. Sophista est, apud quē dicēdi excitiū discitur. Orator uero, qui in causis publicis & priuatis plena & perfecta utitur eloquētia. Alius est ergo (idem ait) rhetor, alius orator. Sicut & nomina ipsa hoc inter se habent discriminis, quod alterum græcanicum est, alterū latinum. Sed de græcaniço ipso & alijs eiusdē generis sequenti mox tractatu paulo altiꝰ repetemus, uidelicet ex q̄ fonte fluant deriuētur q;. Ne id q̄dē nos hīc lateat, quod Sophistę nomē apud grę cos latissime patet attestātibꝰ Suida &authori magni etymologici. At qui illud obiter nūc addamus dicamusq;, q̄d dicendi illud excertitiū quod apud Sophistā (de quo nunc agimus) discitur (qualis quidē olim in grę cia claruit Protagoras, ut est apud Platonem in dialogo ab ipso nomine illius inscripto cōtra sophistas, ucrꝫ in alia a priori

eius nois significatiõe, nihil aliud ẽ q̃ frequẽs declamãdi usus. Vnde is declamare dicit̃, q̃ in fictis causis siue themathis dicẽdo se exercet, ut postea in ueris causis idoneus plane & expeditus & sit & habeatur. Hinc declamatio dictę. Cæterum de declamandi ratione & utilitate habes Quintilianum in secundo oratorię institutionis libro, unde pauca tm̃ nos hucattulisse suffecerit admonitiõis gratia. Ex omnibus quidem (inquit) quæ ad dicendi rationem spectant, ipsa ut nouissime inuenta est, ita multo est utilissima. Nam & cuncta illa, de quibus ars ipsa tractat, in se fere continet, & ueritati proximã imaginẽ reddit. Ide oq̃ ita est celebrata declamatio ut plęriscq̃ uideretur ad formandã eloquentiã uel sola sufficere. Et paulo deinde infra ita de ea cõcludit. Quare declamatio (ingens) q̃niã est iudiciorũ consiliorũq̃ imago, simlis esse debet ueritati. Sed hęc hactenus dicta satis sint ad pręsens.

DISCEPTIONIS SIVE CERTAMINIS inter duos eloquentię, hoc est artis rhetoricæ, alterum pręceptorem atq̃ magistrum, alterum discipulum & auditorem exemplum luculentissimum profecto, & facetissimum. Cap. VIII.

EQuidem finem huic tãdem tractatui im ponam, si prius de Protagora eiusq; di scipulo litis cuiusdam siue controuersiæ exẽ plũ ueluti pro coronide sed non absq; oblata in loco occasione adiecero ex A. Gellio ut fa cetissimum, ita non prorsus ab hoc nostro instituto alienũ. Lis (inqt ille) et controuersia inter Protagorã sophistaꝝ acerrimũ, & Eua thlum eius discipulum super pacta inter ip sos mercede huiusmodi fuit. Euathlus ado lescens diues eloquentię discende caussasq; o randi cupiens fuit. Is in disciplinam Protago ræ sese dedit, daturũq; promisit mercedẽ grã dem pecuniam, quantam Protagoras petiue rat, Dimidiũq; eius dedit iã tunc statim, pri usquã disceret, pepigitq; ut reliquum dimi dium daret, quo primo die caussam apud iu dices orasset & uicisset. Postea quum diutule auditor assectorq; Protagorę fuisset, et in stu dio quidẽ facũdię abunde promouisset, caus sas tamen non reciperet, tempusq; iam longũ transcurreret, & facere id uideretur, ne reli quum mercedis daret, capit consilium Prota goras (ut tum existimabat astutum) petere in stitit ex pacto merdecem Litem cum Eua-

thlo contestatur,& quum ad iudices conjci-
endæ consistendæq; caussæ gratia uenisset,
tũ Protagoras sic exorsus est. Disce (inquit)
stultissime adolescens utroq; id modo fore
uti reddas quod peto,siue contra te pronun-
ciatum erit, siue pro te. Nam si contra te lis
data erit, merces mihi ex sententia debebi-
tur, quia ego uicero: Sin uero secundum te
iudicatũ erit, merces mihi expacto debebit̃,
qa tu uiceris Ad ea respõdit Euathlus. Potui
inquit huictuæ tam ancipiti captioni isse ob
uiam, si uerba ipsa non facerem, atq; alio pa-
trono uterer. Sed maius mihi in ista uictoria
proludium est, quum te non in caussa tan-
tum, sed in argumento q̃q; isto uinco. Disce
igitur tu quoq; magister sapientissime utro-
que modo fieri, uti non reddam quod petis,
siue contra me pronunciatum fuerit, siue pro
me. Nam si iudices pro caussa mea senserint,
nihil tibi ex sententia debebitur, quia ego ui-
cero. Sin contra me pronunciauerint, nihil ti
bi ex pacto debebo, quia ego non uicero. Tũ
Iudices dubiosum hoc inexplicabileq; esse, qd̃
utrinq; dicebatur rati ne sententia sua utran-
cunque in partem dicta esset, ipsa sese rescin-

deret rem iniudicatam reliquerũt. Cauſſam in diem longiſſimam diſtulerunt. Sic ab adoleſcente diſcipulo magiſter diſciplina eloquẽtiæ inclitus, ſuo ſibi argumento confutatus eſt & captionis uerſutę excogitatę fruſtatus fuit. Nunc ad ipſam rhetoricam (ut inſtituimus) tranſeamus.

Finit Tractatus primus.

INCIPIT TRACTATVS SECVNDVS.

INTRACTATVM SECVNDVM PRAEFATIO, IN QVA DE ORIgine nominis rhetoricæ tum & rhetoris agitur.

SAtis ſuperęq; tractatu ſuperiori dixiſſe uideri poſſumus de tribꝰ illis artibus Grammatica, Dialectica, & Rhetorica uidelicet unde initium ſui faciant capiantue ſingulę, ſimulq; & de earum inter ſe conuenientia cognatione & de differentia item inter ipſas, tum

& de uiſiue poteſtate pariter & de utilitate artis rhetoricæ, nec non qua ratione ſiue quã obrem ipſa inuenta ſit, & de alijs quibuſdam eodem plane pertinentibus, quo & cætera iam dicta fere omnia. Itaq; deinceps et quidem hoc ipſo tractatu nempe ſecundo de ipſa rhetorica, dicturus quid ſit & quod ex partibus conſtet fortaſſis rem nõ ſuperuacuã omnino facere uidebor, ſi eius nominis originẽ prius explicauero; uidelicet quod longe aliud ſit noſſe, quid nomen aliquot ſignificet, & quid ſit, quod per nomen ipſum ſignificatur. Rhetorice igitur ſicut & rhetor, inde deduci uidetur (ut authori magni etymologici placet) unde & ῥῆμα, quod nomen apud latinos uerbum interpretatur, & apud græcos inter octo orationis partes ſecundum obtinet locum. ῥῆμα autem deducit ἀπὸ τοῦ ῥέω ſiue ῥῶ per contractionem uerbo inuſitato, quod dico ſignificat, & in futuro facit ῥήσω unde ῥῆσις id eſt dictio, & in p̃terito perfecto paſſiuo ἔρρημαι, unde ῥῆμα, & in eius tertia perſona, ἔρρηται, hinc ῥήτως, & ῥητὴς, quorum utrũq; dictor interpretari poteſt, & ῥητορικὸς nomen poſſeſſiuum, cuius deinde fœmi

ninum ἐντοχικὴν, pro ipsa arte usurpat, nempe dicendi. Sicut grammatice pro arte loquendi, & dialectice pro arte differendi.

DE RHETORICA, QVID SIT ET quot eius partes, & cur partes eius habeantur. Cap. I.

RHetorica, quæ uoce græcanica ita dicitur, ut dictum est, ab eodem Quintiliano li. secundo oratoriæ institutionis definitur. bene dicendi scientia. Quo tamen loco scientiæ nomen communiter non proprie accipere debemus, ut & ars intelligatur, aut etiam facultas. Nam utroq; hoc nomine proprie dicitur, utpote ars siue facultas bene dicendi. Verum hanc rhetoricę definitionẽ, ut cunq; etiam dixeris, Sulpitius Victor non recipit, ut parum plenam. Nam & medicus (inquit) potest de his, quæ ad medicinam attinent, bene dicere, & cęteri item artifices de suis artibus habent bene dicendi scientiam. Quapropter ut plena sit hæc definitio, addendam uult ille particulam in quæstione ciuili, ut in qua artis materia simul cum officio eiusdem comprehendatur hoc modo. Rhe-

torica est bene dicendi scientia in quæstione ciuili. Sed si Gorgiæ Leõtino (ut author est Cicero in rhetoricis de inuẽtione) credim⁹, de omnibus utiq; rebus dicere oratoris est. Et hæc quidem de definitione artis. Cuius partes ab omnibus numero quinq; traduntur, Inuentio, Dispositio, Elocutio, Memoria, & Pronuntiatio. Quę & ideo partes rhetoricæ habentur (ut Boethio placet) quod ex his ueluti integratur ipsa & constituitur, imo uero uel ob id, quod si earum aliqua defuerit oratori, imperfecta ars siue facultas erit.

DE OFFICIO RHETORIcæ seu ipsius oratoris, & quis finis artis. Cap II.

OFficium oratoris Cicero ad Herenniũ libro primo, statim in ipso operis principio, aut si quis alius eius operis author fuit, ita definit. Oratoris officium est, de his rebus posse dicere, quæ res ad usum ciuilem moribus & legibus constitutæ sunt, cum assentione auditorum, quo ad eius fieri poterit. Idem in rhetoricis de iuuentiõe, ubi tamẽ prius, quo in genere hæc ars siue facultas po

ponenda sit ostenderit. Quippe qui eam inibi ciuilis scientiæ partem facit, quæ certe ciuilis scientia ea ipsa est, quæ alio nomine prudentia siue ciuilis sapientia appellatur, ita huius artis tum officium, tum finem definit. Officium eius facultatis (inquiens) esse uidetur, dicere apposite ad persuasionem, finis uero persuadere dictione, Hic Martianus Capella addit, id quod propositum est. ut sit plena eius definitio, hoc modo. Finis rhetoricę est, persuadere id quod propositum est dictione. Addit præterea Boethius, ut præter calumniam finis rhetoricæ id esse dicatur, quod dicitur, has particulas, tum in ipso, tum in altero. In ipso quidem, hoc est in oratore, bene dixisse, quod quidem est dixisse ad persuasionem. In altero uero, hoc est in auditore, persuasisse. Nam non semper persuadet orator, nec tamen interim nomen oratoris amittit & facultatem, dummodo officio suo rite fungatur. Cæterum post Ciceronem Quintilianus libro secundo, ubi de fine artis rhetoricæ plurimorum scriptorum opiniones ad longum resensuit, suam demum sententiam adjicit uerbis. Nam si

rhetorica (inquit) benedicendi scientia est, finis & summum eius est benedicere. Benecere igitur finis sit interim Quintiliano artis oratoriæ. Nos Ciceronem in hoc iam sequamur, ut qui ab omnibus sane eruditis facile princeps huius artis iudicatur, & id quidem ille de se non tam scribendo quam dicendo declarauit.

QVID INTERSIT INTER OFFICIVM & FINEM. Cap. III.

IDem Cicero in rhetoricis de inuentione inter officium & finem hoc interesse dicit, quod in officio quid fieri in fine quid officio conueniat, consideratur: ut medici (inquit) officiũ esse dicimus curare ad sanãdũ apposite, finem uero curatione sanare. Item oratoris quid officium, & quid finem esse dicamus, intelligimus, cum id quod facere debet, officium esse dicimus, illud autem, cuius causa facere debet, finem appellamus. Animaduertendum sane hic est ex Marco Fabio Victorino eius operis expositore, quod in definiendo tum officio, tum fine artis rhetoricæ Cice-

ro alterum cum altero commiſcet atq; con-
iungit & recte quidem. Nam ut officiũ om
ne ad finem ſpectat, ita finis contra ad officiũ
refertur. Ergo cum officium definit Cicero,
quod eſt appoſite dicere, protinus ſubiun
git, ad perſuaſionem, hoc eſt finem officio
annectit. Rurſus cum finem definit perſua-
dere, iridem mox addit dictione, officium
ſcilicet cum fine cõmiſcens. Neq; id quidẽ ab
re. Nam perſuadetur tabulis, tormentis, te-
ſtibus, & alijs multis rebus. Quod cum fit,
non maius oratoris eſt, quam alterius cuiuſ-
piam, Solius autem oratoris eſt perſuadere
dictione. Sicuti medici officium eſt ſanare
non quomodo libet, puta aut incantatione,
aut ligaturis, ſed curatione, hoc eſt arte me-
dendi. Curare enim alias mederi quoq; ſigni
ficat. Cæterum ubi addidit Victorinus pau
lo ſeperius & alijs multis rebus, ſubaudi (ut
ex Quintiliano colligitur lib. ſupra citato)
pecunia, gratia, dignitate, & poſtremo affe-
ctu etiam ipſo, quo uel recordatio merito
rum cuiuſque, uel facies aliqua miſerabilis,
uel formę pulchritudo ſententiam dictat fine
LIOCE.

TRACTATVS SECVNDVS DE AVDITORIBVS, ET quę ſit illorum differentia ex Martiano Capella.

Cap. IIII.

NNc etiam, quia de auditore pau lo ſupra mentio facta ſit, illud huic loco adiiciamus, ac dicamus coram quibus auditoribus ora tor dicere ſoleat, & quæ inter ipſos differen tia ſit. Auditorum (inquit ille) tria genera ſunt, id eſt tres ſunt differentiæ. Ex his unus eſt, qui ſecundum æquitatem aliquid ſtatu it, audita prius parte utraq; eorum qui coram ipſo contendunt, & is iudex dicitur: cuius officium eſt ſoluere reum, uel damnare, poſ ſeſſionem dare, uel auferre. Alter, qui rei pro poſitæ honeſtate adhuc uel utilitate incerta dubius, alienæ ſententiæ perſuaſionem imo iudicium expectat, & hic deliberator appella ri poteſt: cuius officium eſt alteram delibera tionis partem amplecti. Tertius, qui facti ho neſtatem uel turpitudinem libera eſtimati one ueluti arbiter perpendit, quem proin de æſtimatorem conuenit nominari: cuius of ficium eſt æſtimare, laude ne dignus ſit, an

uituperationeis, quem laude dicendo pro-
secutus est, aut uituperatione orator. Sane
sciendum, quod triplex hæc auditorum dif-
ferentia, tribus causarum generibus, de qui-
bus mox dicemus, ex æquo respondet.

DE TRIBVS CAVSA-
rum genneneribus.
Cap. V.

TRia esse genera causarum, quæ
recipere debet orator, hoc est cir-
ca quæ maxime uersatur, inter
omnes huius artis scriptores con
uenit. Demonstratiuum, Deliberatiuum,
Iudiciale. Quæ & ab eisdem fere omnibus ad
hunc modum finiuntur. Demonstratiuū genus
est, quod attribuitur in alicuius certæ per-
sonæ laudem uel uituperationem cum am-
plificatione. Eius duas faciunt partes, lau-
dem & uituperationem. Laus est oratio
amplificatiua rerum bonarum, quas certæ
personæ orator inesse dicit. Vituperatio
contra oratio est amplificatiua rerum mala-
rum, quas certæ personæ orator inesse di-
cit. Deliberatiuum genus est, quod positum
in consultatione habet in se suasionem &
dissuasionem. Suasio est oratio deliberati-

ua, quæ in consultatione primum quid fa-
ciendum sit ostendit. Dissuasio contra ora-
tio est, qua auditoribus hoc est deliberato-
ribus alteram partem, ac suasione ostẽsum
est, persuadere conamur. Iudiciale porro ge-
nus est, quod positum in controuersia ha-
bet accusationem in se & defensionem. Vn-
de & huius itidem partes duas faciunt, ac-
cusationem & defensionem. Accusatio est
oratio iudicialis, qua aduersarium aut in cri-
men aut in debitum rapimus. Defensio con-
tra oratio iudicialis, qua aut crimen, aut de-
bitum a se aduersarius depellit. Sed & sci-
endum hic est quod huiusmodi causæ, in qui
bus orator dictus est uersari, alias a quibus-
dam ciuiles quæstiones appellantur, ut su-
pra quoq; annotauimus, de quibus inter
hos quid sentiat Chirius Fortunatianus, &
Aurelius item Augustinus, hinc nunc sub-
iiciamus.

DE CIVILIBVS QVAE-
stionibus, cuiusmodi sint, &
cur ita dicantur.
Cap. VI

QVoniam autem nulla prædicta rum cauſarum ab oratore ſuſci = pitur unc̃ꝫ tractanda, niſi in quæ ſtionem prius deducta fuerit, & id quidem inter ciues præſertim, unde etiam ciuiles quæſtiones ipſæ cauſæ appellari cæ perunt, de his etiam nunc dicamus, cuiuſmo= di ſint tum ex Chirio Fortunatiano, tum ex Aurelio Auguſtino, q̃ apud utrũc̃ꝫ horum de his ſcriptum ab eis relictum extet. Sunt autem ciuiles quæſtiones (uterc̃ꝫ ait) qua rum perſpectio in communem animi concep tionem cadere poteſt. Verum ut planius ac facilius intelligatur, cuiuſmodi ſit harum quæſtionum conditio, quam certe hic nunc demonſtratam eſſe uolumus, id ita ex his quæ ſequuntur diſcere licebit. Omnia quæ= cunc̃ꝫ huiuſmodi ſunt, ut ea neſcire pudoris ſit, & quæ uel ignorantes, quaſi tamen ſci= amus, cum ſimulatione præ nobis ferimus, quotieſcunc̃ꝫ in dubitationem uocantur, ef= ficiunt ciuilem quæſtionem. Quod dico, huiuſmodi eſt. Si de pondere alicuius rei quę ratur, ſi non uidearis ſcire, quot librarum ſit, non eſt tibi ob id erubeſcendum. Similiter

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle (Saale)

si de longitudine eiusdē, uel alterius cuiuspiam rei interrogatus non uidiaris scire, quod pedum sit, ne tunc quidē tibi erubescēdū est. Sic de cæteris huiusmodi rebus, quas persequi longum est, & ideo quoties in dubitationem uenerint, licet faciāt quęstionē, tamen ciuilē quęstionem facere non possunt, At ubi q̄ritur, sit ne aliquid iustū au iniustū, honestum an inhonestum, laudandum an reprehendendum, premio afficiendum an supplicio, utile an inutile, et si quę huiusmodi sunt, nemo non etiam extra omnem artem & scientiam collocatus erubescat, si hæc nescire uideatur. Inde est quod omnes persuasum habeant, aut certe alijs persuadere non dubitent se posse animo concipere discrimē iusti & iniusti, honesti & inhonesti, cęterorumq; quę supra diximus, & iccirco quæ dubitationes in huiusmodi rebus oriuntur, ciuiles quæstiones uocantur, quasi non proprię paucorum sed communes uniuersorum. Quę cū ita sint merito quæ communi animi conceptiōe perspici possunt, quæstiones ciuiles uocantur, & hæ sunt, in quibus uersare & pręstare cum primis orator debebit. Hactenus de ciui-

bus quæſtionibus. Quarum etiam eadem genera ſunt numero tria, quæ ſupra dicta ſunt ipſarum eſſe cauſſarum, quę & abalijs qbuſdam alijs quoque nominibus appellantur. Concionale, quod & Deliberatiuum, Sermocinatiuum, quod & Demonſtratiuum, Forenſe, quod & Iudiciale dicitur.

QVOD VNICVIQVE HORVM trium generum certum quoq; tempus accommodetur, ut etiam finis ex Ariſtotile.

Cap. VII.

ILlud quoq; non uidetur hoc loco prætereundum, quod unicuique trium dicto rum generum certum aliquod tempus accommodetur iuxta ipſius temporis triplicem differentiam, quem admodũ illud docet ac tradit Ariſtoteles in rhetoricis ad Theodectem. Deliberatiuo quidem generi tempus accommodatur futurum. De futuris quippe conſulit ſiue deliberat tum ſuadẽs tum diſſuadens. Iudiciale uero pręteritum. Siquidem de pręteritis, ſiue de factis quod perinde eſt (ut & ipſe loquitur Ariſtoteles, ſed lingua ſua, nempe greca περὶ τοῦ πεπραγμένου,) ſemper alter accuſat, alter defendit. Demonſtratiuo au

tem tempus præcipue prę ſens. Nam omnes ſecundum ea quæ prę ſentia ſunt, aut laudant aut uituperant. Quin & præteritis plerunq; ad hæc utuntur, in memoriam illa quæ facta ſunt, reducentes, futura quoq; de eiſdem conĳcientes. Horum prę terea unicuiq; alius atq; ali⁹ finis exiſtit. Nam cũ triplex ſit differentia eorum, qui dicendi munus obeunt, triplex quoquæ finis erit, ad quem quiſque eorum ſpectat dicturus. Deliberanti quidem finis eſt utile, & quod huic oponitur, inutile. Nam qui ſuadet, is ad melius ſiue quod utilius eſt, hortatur, contra qui diſſuadet, a contrario dehortatur. Iudicanti uero finis iuſtum & iniuſtum. Demonſtranti porro hoc eſt tum laudanti tum uituperanti, honeſtum & turpe. Veruntamen ut iudicans obiter honeſtum atq; turpe aſſumit, ita demõſtrator interim iuſtum & iniuſtum, ad quæ etiam delibcrans non nunquam ſpectat, ut quod honeſtum eſt & iuſtum ſuadeat, quod turpe & iniuſtum diſſuadeat. Hucuſq; ex Ariſtotele hæc dicta ſunt maxima ex parte. Quam ſane Ariſtotelis ſententiam de his quantum quidem ad fines ipſorum gene-

rum Quintilianus ſecutus lib. ſecundo de inſtitutione oratoria his plane uerbis appro bat atque confirmat dicens . Nam quid ora- tor in laudando faciet, niſi honeſtorum aut turpium peritus: aut in ſuadẽdo, niſi utilitate perfecta: aut in iudicijs, ſi iuſticię ſit ignarus?

DE INSTRVMENTO ARTIS SIue facultatis rhetoricæ, tum & de inſtrumentis ipſius oratoris.

Cap. VIII.

SEd nunc eo unde degreſſi ſumꝰ, reuertamur, & quod ſit artis inſtrumentum dicamus, tum & de inſtrumentis ipſius oratoris, poſtremo autem & de opere oratoris. Inſtrumentum artis (ut diuo Seuerino Boëthio placet) oratio eſt, quod & ipſe ita perſuadet. Quoniam omnis (inquiens) facultas inſtrumento utitur ad faciendum quod poteſt, etiam rhetoricæ facultatis aliquod erit inſtrumentum, Hoc autem eſt oratio, cuius deinde ſex partes ſubiungit, quæ ſunt, Exordium ſiue prohęmium. Narratio, Partitio ſiue diuiſio, Confirmatio, Reprehẽſio, quę & Confutatio dicitur, Poſtremo Peroratio. Hacte-

nus Boethius hæc de instrumento artis, de q
& partibus eius postea a nobis suo loco lati
us dicetur. Interim autẽ & illuo huic loco ad
damus, quod Quintilianus duodecimo de
oratoria institutione libro de instrumentis,
non artis (ut quidã (inquiens) putauerunt)
sed ipsius oratoris dicit, quę quidem sunt (ut
ex eodem libro passim colligere licet) tum ea
cum primis cognitio, qua mores formantur,
tum scientia iuris ciuilis, & prẽter hæc cogni
tio historiarum. Nam cum sit orator uir bo
nus, dicendi peritus, iam ut fieri non potest,
ut citra uirtutem & omnis honesti iustiq
disciplinam sit uir bonus, ita quoq fieri non
potest, ut absq multarum rerum cognitio=
ne sit dicendi peritus. Hæc ergo ut arma ad
manum habere, horum scientia succinctus es
se debet, accedente uerborum figurarumque
facili copia, & inuentionis ratione, & dis=
ponendi usu, & memoriæ firmitate, & acti=
onis gratia atq decore. Sed plurimum ex his
ualet animi præstantia, quam nec metus
frangat, nec acclamatio terreat, nec audienti=
um authoritas ultra debitam reuerentiam tra
det. Nam ut abominanda sunt contraria his

uitia, confidentiæ, temeritatis, improbitatis arrogantiæ, ita citra constantiam, fiducutiam, fortitudinem nihil ars, nihil studium, nihil profectus ipse profuerit, uelut si des arma timidis & imbellibus. Subiungit non multo post & alia quædam instrumenta idem Fabius sic dicens. Sunt & naturalra (quæ tamen & cura iuuantur) instrumenta, uox, latus, decor, quę quidem tantum ualent, ut frequẽter famam ingenij faciant. Concludit demum de oratore hucusq; locutus. Talis (inquit) esse debet orator & hæc scire.

QVOD NON AB RE ORATIO INSTRUMENTUM ARTIS RHETORICÆ DICATUR, SIMUL & DE USU & APPARATU IPSIUS ORATIÕIS EX PLUTARCHO.

Cap. IX.

SEd & altius repetamus ex Plutarcho græco authore sane non ineleganti, quod diximus ex sentẽtia Boethij orationem rhetoricę facultatis esse instrumentũ, nec non & de usu & apparatu orationis ex eodem. Is in eo libẽ ad Traianũ impatorẽ de politicis inscrip

sit uolens illi eloquẽtiã cõmẽdatã esse, post alia aliis de rebus documenta, de hac ita exor ditur. Ad hęc (inquiens) ius ciuile, & gratia eloquentię non in postremis ducenda est, uir tute magistra & principe. Rhetoricam enim nonsuadẽdi opificẽ, sed adiutricem esse existi mare debemus. Vnde illud Meandri corrigẽ dũ uenit, qui dicit, Mores dicentis sunt, qui persuadẽt, non oratio. Sed reuera utrũq; (Plu tarchus ait) est, quod rem efficit, hoc est per suadet, mores nimirum & oratio, quod qui= dem & ita declarat. Nam sicut nauis (inquit) dirigitur non a gubernatore dun taxat, sed cla uo quoq;, & ut eques qui in gyrum equũ uer sat, id non facit absque freno ita ciuitas ora= toris quidem uita regitur & moribus sed non sine oratione, nempe qua ueluti aliquo clauo & freno utatur, ut per quam una sua= deat, afficiat, flectat, ducatque multitudinem. Vnde & merito ipsa instrumentum intelli= gatur. Ea autem qualis esse debeat, hoc est quo apparatu instructa, aut quomodo ea uta tur orator, deinceps q̃q; ex eodem dicamus. Viri (inquit ille) ciuilis, eiusmodi esse de= bet oratio, ut neq; recens & theatralis, tanq;

ostentantis cuiuspiam, & mollibus simul & floridis uerbis ueluti innectentis serta, uideri possit, neque exquisitis curiose commentis et duris ambitib⁹ ex amussim, et ad perpẽdiculum exacte composita, uerum ut a musicis probe institutis fides tractantur leniter atq; placide, non ui atq; impulsu concutiuntur, sic & in eorum, qui reipublicæ consulunt ac prę̃sunt, oratione existere debet non astus, non caliditas, non propriæ laudis arrogantia, quin contra potius oratio ciuilis plena sit ingenuitatis, præ se ferat ueritatem & simplicitatem, gratificandi & persuadendi modum metiatur honesto, idque grauibus aptisque & idoneis tum uerbis tum sententijs efficiat. Admittat historias, fabulas, translationes, quibus maxime auditores mouentur, modo id apte & modeste efficiãtur. Adhæc non alienum est ab oratione ciuili, cauillis nonunquam uti, atque interdum ridiculis, modo res non ad contumeliam uergat, neque scurriliter fiat, sed ex usu & modice reprehendendi alicuius detrahendique studio. Maxime autem eiusmodi cauilli atque ridicula commendari solent, quæ

a lacessitis prius non ipsis incipientibus red-
di uideant. Ex pręparato enim his uti, & pri
orem esse qui mordeat, scurrę & risum captā
tis esse uidetur, pręterquam quod improbi-
tatis quoq; affert opinionem. Atqui remor
dentibus ueniam simul et gratiam ipsa oratio
prebet. Verum in ridiculis illa uitanda ui-
dentur, ut nihil nimis, neq; inepte, ut non of
fendas auditores, ut te ipsum non admodum
submittas deprimasue, ut te non ignauum &
abiectum reddas. Quapropter ut idem au-
thor recte admonet, ad respondendum ca
uillis, & ad remordendum, exercitatione &
usu opus est. Raro enim afferri solent occasi-
ones, e quibus de repente pleraq; aboriantur
atq; appareant. Sane qui per occasiones rem
oportune aggrediuntur, hi auditores facile
mouent, eosq; sibi conciliant, postremo quo
uolunt impellunt sine negotio. Hęc quidem
ex Plutarchi libro supradicto de apparatu &
usu orationis hic breuiter inserere libuit, qd
uidelicet nonnihil ea ipsa conferre uideantur
ad instituendum futurum oratorem, cuius
gratia hæc ars inuenta proditaq; est, & a ple-
risque addiscitur. Quorum omnium ex eo-

dem Piutarchi libro exempla copioſe pe=
ti poſſunt, ſane pulcherrima & commodiſſi=
ma, quę nos hic adĳcere breuitatis ſtudio pla
ne ſuperſedimus ac abſtinuimus.

QVOD SIT ORATORIS opus. Cap. X.

IAm quiſquis his armis ſiue in=
ſtrumentis orator ad dicendum
inſtructus acceſſerit, nihil ei ob=
ſtaculo eſſe poterit, quo minus o
pus ſuum libere perficere poſſit, quod utiq;
tripartitum eſſe conſtat, nempe docere, dele=
ctare, mouere, modo ipſe ſibi deeſſe nolit.
De quo quidem tripartito opere oratoris
idem Quintilanus libro paulo ſupra citato
ſed non eodẽ loco. Et non docere modo (in
quit) ſed mouere etiam, & delectare audien=
tes debet orator. Quin & ipſe Cicero multis
in locis operȳ ſuorȳ de formãdo inſtituendo=
q; oratore tria illa opa ipſius oratoris cõmen
dat & exponit. Sed quę multo latius altiuſq;
ac clarius etiam repetunt ab Aurelio Augu=

stino libro quarto de doctrina Christiana ita, ut eisdem uerbis, quibus ista prosequitur, nõ oratorem solum sed & concionatorẽ, imo & eundem iam tum oratorem instruat, quoties ad populum sermonem facit, aut orationem habet, Quę Augustini uerba hic subscribere me non pigebit, si modo ea lectorẽ ipsum nõ pigeat legere hoc loco, Verba autem eius ita habent. Dixit quidam uir eloquens, & uerũ dixit, ita dicere debere eloquẽtem, ut doceat, ut delectet, ut flectat. Quorum trium docere (inquit) est necessitatis, delectare suauitatis, flectere uictoriæ, Hortũ item illud quod primo loco positum est, in rebus ipsis constitutum est, quas dicimus, reliqua duo in modo docendi ea quæ dicimus. Vnde si quis etiam delectare uult eum cui dicit, aut flectere, nõ id quocunq; modo dixerit faciet, sed interest, quomodo dicat, ut faciat. Sicut est autem ut teneatur ad audiendum, delectandus auditor, ita flectendus, ut moueatur ad agendum. Et sicut delectatur, si suauiter loquaris, ita flectitur, si amet quod polliceris, timeat quod minaris, oderit quod arguis, quod commen-

das, amplectatur: quod dolendum exagge-
ras, doleat: cum quid lætandum prędicas, gau
deat: miſeriatur eorum, quos miſerandos ob
oculos dicendo conſtituis: fugiat eos, quos
cauendos terrendo proponis, & quicquid
aliud grandi eloquentia fieri poteſt ad com-
mouendos animos auditorum, non quid a-
gendum ſit, ut ſciant, ſed ut agant, quod agen
dum eſſe iam ſciunt. Docere ergo (inquit) eſt
neceſſitatis, delectare ſuauitatis, flectere
victoriæ. Ideo autem victoriæ, quia fieri po
teſt, ut doceatur auditor, & electetur, &
tamen non aſſentiatur. Oportet igitur elo-
quentem nõ ſolũ docere, ut inſtruat, & dele
ctare, ut teneat, uerũ etiã flectere, hoc eſt mo-
uere, ut uincat, id ẽ perſuadeat. Hæc ita ex Au
guſtino ad uerbum præter pauca admodum.

Finit tractatus Secundus.

INCIPIT TERTIVS.

INTRACTATVM TERtium, in quo de inuentione cum primis agitur, præfatio.

POst hæc repetentes ipſas rhetoricæ partes, paulo altius de his tractemus agemuſquæ, & quid quæq; earum ſit exponamus, ac primum quidem, quid ſit inuentio & eius officium, poſt hoc & de alijs eodem modo ex ordine dicamus, quæ etiam cur partes ipſius artis dictæ ſint, ſupra oſtenſum eſt. Quippe quod ipſam artem integrent atquæ componant. Vbicunq; ergo facultas rhetorica tota integraq; fuerit, ibi & partes eius ſimul adeſſe neceſſe eſt. Vt cum tria ſint poſita cauſarum genera, Demonſtratiuum, Deliberatiuum, & Iudiciale, in quocunq; illorum trium generum oratorem uerſari contigerit, in illo genere neceſſe eſt partes omnis ipſius artis adhibeat, ſi modo officio ſuo rite fungi uelit. Quod & a Georgio

Trapezuntio in opere suo de arte rhetorica ita demonstratur. Nam cum omnis (inquit) dicendi copia, hoc est eloquẽtia, rebus ac uerbis contineatur, & res quidem disponere, uerbis uero eas pronuntiare necesse sit, quatuor hinc oriri partes in promptu est, Inuentionem, quæ rerum est, cui iam dispositionem adiunctam esse oportet. Elocutionem, quæ est uerborum, cui pronuntiatio abesse nequit. Memoriam præterea, quæ & si in omnibus liberalibus disciplinis requiratur, tamẽ quia difficillimum sit in conspectu multorum coram promiscua (ut fere fit) multitudine, cunctis auscultantibus dicere & pronuntiare, idque memoriter, illis quatuor supradictis partibus quintam hanc (memoriam inquam) adiungere sane oportebat. Itaq; si quando orator dicturus est, primum inuenit, hoc est excogitat ea de quibus dicat, mox inuenta ordine quæq; suo disponit, deinde res probe dispositas uerbis aptis & idoneis ornat, postea omnia illa memoriæ mandat, postremo agit, ac pro dignitate, quę memoriæ mandata tenet, pronuntiat.

TRACTATVS TERTIVS
DE INVENTIONE
quid sit. Cap. I.

INuentio est (ut Cicero ad Herennium ipsam definit) rerum uerarum aut uerisimilium excogitatio, quæ causam probabilem reddant, hoc est quę faciant, ut fides habeatur ijs, quę ab oratore dicuntur ad persuasionem. Huiusmodi sane res sunt argumenta partim necessaria, partim probabilia, uidelicet quibus ea quæ ad dicendum proposita sunt, fulciantur comfirmenturq;. Icaq; primum oportebit oratorem inuenire & excogitare propositho themate, ad quod genus causę proposita ad dicendum res, hoc est thema ipsum pertineat. Deinde ubi illud iam cognouerit, iterum illi excogitandū erit, unde dicturus de re proposita, exordiū sumat. Post exordium deinde quomodo narret singula inuenta atq; disposita. Rursus post hoc si multa illi dicenda forent, quemadmodum, ea omnia per partes distribuat, ne scilicet illorum multitudine & pplexitate intellectus auditoris confundat̃ distrahat̃q;. Post hęc q̃bus quę narrauerit argumentis confirmet, aut uicissim ab aduersario contra se adducta argumenta confutet. Po-

ſtremo quo pacto hæc omnia peroratione congrua atq; decenti agat & concludat. Quibus quidem ad iſtum modum ritæ peractis, uidebitur ipſe haud dubie officio ſuo probe functus eſſe. Quippe qui iam ipſa oratione quæ artis inſtrumentum poſita eſt, per omnes eius partes ita uſus ſit, ut quantum in ipſo fuerit, finem artis ſit plane aſſecutus. Cęterum de oratione, eiuſq; partibus quinto ab hinc tractatu lati⁹ a nobis agetur. Interim hoc loco inuentionis definitionem ex Martiano Capella repetamus, ut per quam ea quæ ſupra ex Cicerone adducta fuit, planius percipiatur. Inuentio eſt quæſtionum argumentorumq; ſagax, inueſtigatrixque comprehenſio, Quæ utiq; definitio a ſuperiori nõ adeo differt, niſi quod hæc genera cauſarum apertius explicat uerbo quæſtionum. Sunt enim (ut dictum eſt) cauſæ quæ ab oratoribus tractantur, quæſtiones ciuiles. Deinde ſimul & ipſa argumenta, quibus orator ad confirmandum ea quæ dicit ac perſuadere uult, utitur. Quæ tamen onmia ſuperior definitio complectitur quidem, ſed paulo obſcuri⁹, tum in hoc quod ait, rerum uerarum aut

uerisimilium, tum in hoc quod deinde subiungit, quæ causam probabilem reddant. Cæterum causam Cicero alibi materiam artis dicit, ut quam ex Aristotelis sententia triparti to distinguit, Vnde & de ea obiter ex ipso Cicerone, cuiusmodi sit hic dicendum uidetur.

DE MATERIA ARTIS RHETORICÆ, tum quid sit causa, & de quæstione quæ etiam cum duplex sit, utra ad rhetoricam pertineat.

Cap. II.

NOn alienum fuerit hoc loco exponere, quid sit causa apud oratores, idque potissimum ex Ciceron in rhetoricis de inuentione, & unde potius quam ex illo, qui princeps huius artis apud latinos & est, & habetur? Materiam (inquit ille) artis eam dicimus, in qua omnis ars & facultas, quæ consicitur ex arte, uersatur. Vt si medicinæ materiam dicimus morbos ac uulnera, quod in his omnis medicina uersetur. Item quibus in rebus uersatur ars & facultas oratoria,

eas res materiam artis rhetoricæ nominamus. Has autem res alij plures, alij pauciores existimauerunt. Nam Gorgias Leontinus antiquissimus fere rhetor omnibus de rebus oratorem optime posse dicere existimauit. Hic immensam & infinitam huic artificio materiam subijcere uidetur. Aristoteles autē, qui huic arti plurima adiumenta atq; ornamenta subministrauit, tribus in generibus rerum uersari rhetoris officium putauit. Demonstratiuo, Deliberatiuo, & Iudiciali, quemadmodum quidem & nostra quoq; fert opinio. Oratoris igitur ars & facultas in hac materia tripartita uersari existimanda est, quæ eadem & causa esse dicitur & quęstio. Causam subinde ex Hermagoræ sententia eam esse dicit, quæ habet in se controuersiam in dicendo positam cum certarum personarum interpositione, quam nos quoq; Cicero ait, oratori dicimus esse attributam, ut cui tres partes, quas iam diximus, supponimus, Iudicialem, deliberatiuam, & demonstratiuam. Hucusq; hæc ex Cicerone de materia rhetoricæ maxima quidem ex parte. Eandem sane materiam quęstionem quoq; quis appellauerit,

non eam tamen, quam idem Hermagoras definit hoc modo. Quæstio est, quæ habet in se controuersiam in dicendo positam sine certarum personarum interpositione, sed eam, quam græci ὑπόθεσιν appellant, Ea autẽ est, quæ personis locis, temporibus, factis, cęterisq; circumstantijs implicita sit, ut si quęratur, Iure ne Cicero in exilium dubio reipub. tempore detrudatur, quia iniussu populi Romani ciues Romanos necauerit? Priorem illam, quam Hermagoras definit quæstionem, Dialectici θέσιν appellant, ob id q̃d citra personarum cæterarumq; circumstantiarum interpositionem proponitur tractaturq;. Circumstantiæ uero his fere notis intelliguntur, quis, quid, ubi, quando, quibus adminiculis, & si quæ aliæ sunt.

DE STATV QVID SIT, ET cur ita dicatur, & de eius diuisione. Cap. III.

DEinde autem & de statu in hac arte (quam constitutionẽ Cicero appellat) quo pacto inueniatur, et unde nascatur dicam⁹ oportet. Omnis (inquit) res siue materia, q̃ in se positam habet sn dictione aut discepta

tione aliquam controuersiam, ea ipsa quęstio nem continet aut facti, aut nominis, aut generis, aut actionis. Eam igitur quæstionem (ait) ex qua causa nascitur, constitutionem appellamus. Eandem quoqꝫ ita definit. Constitutio est prima conflictio causarum ex depulsione intentionis profecta, hoc modo feciſti, non feci, aut iure feci. Hic intentio est, feciſti. Depulsio, non feci, aut iure feci. Ex his igitur duab⁹ inter se concurrẽtibus uocib⁹ intẽtiõe & depulsione nascit quęstio, quę dicitur status, siue cõstitutio, quod ibi q̃si ad pugnã actionis acies ordinata consistat steturqꝫ. Verum ut hæc quæ dicta sunt, clarius percipiantur, quid sit intentio, quid itẽ depulsio, dicendum quoqꝫ est, Intentio itaqꝫ est eius facti obiectio, quod in iudicium uenit. Depulsio contra est obiectioni hoc est intentioni resistens oratio, siue negatio. Videndum præterea, quo pacto quadripartita ista constitutio a Cicerone cõstituat̃. Quod quidem ita facile intelligemus, si singula ipsius quæstionis membra examinauerimus. Vnde sciendum, quod omnis quæstio apud oratores aut est facti, aut nominis, aut ge-

neris siue qualitatis, aut actionis. Si ergo facti quæstio est siue controuersia, hæc constitutio siue status coniecturalis appellatur. Si nominis, quia uis tantum uocabuli diffinienda uerbis est, constitutio hæc diffinitiua nominat. Si generis siue qualitatis, quia de genere hoc est qualitate negocij controuersia est, constitutio geneneralis uocatur. Si uero actionis, ut cum causa ex eo pendet, q̃d non aut is agere uidetur, quẽ oportet, aut nõ cũ eo, q̃ cũ oportet, aut non apud quos, quo tempore, q̃ crimine, qua pœna, oportet, translatiua dicitur constitutio. Quia actio ipsa in hoc trãslationis & cõmutationis indigere uidetur, Verum hanc quidã nõ per se constitutionẽ siue ut statũ recipere uolũt, sed ptẽ qualitatis hoc est ganeralis cõstitutõis ponere malũt. Quod nos in prẽsentia altius discutere nolumus. Quin potius quę dicta sunt hactenus ex Cicronis sentẽtia de quadriptita hac constitutione siue statu, eo quo instituimus modo ꝓsequi plane libet ex eodem Cicerone, sed quam possum⁹ breuissime per singulas species, in quas constitutio siue status distribuitur, utcum⁹ alij de his iudicent sentiantue.

DE STATV SIVE CONSTI-tutione coniecturali, qui & a quibusdam inficialis ſtatus appellatur ex Cicerone.

Cap. IIII.

STatus ergo ſiue conſtitutio coniecturalis eſt, cum de facto controuerſia eſt, hoc modo. Aiax in ſylua poſtquam reſciuit, quæ fecíſſet per inſaniam, gladio incubuit, ſibiq; ipſi mortem conſciuit, Vlixes interuenit, occiſum conſpicatur, e corpore telum cruentũ educit, Teucer deinde ſuperuenit, ubi occiſum fratrem, & inimicum fratris cum gladio cruentato uidet, eum capitis arceſſit. Hic quoniam per coniecturam uerum quæritur de facto, ſeu de authore facti, emergit controuerſia, quæ ob id conſtitutio cauſæ coniecturalis nominatur. Hãc deinde conſtitutionem in omnia tempora diſtribui poſſe dicit Cicero. Nã poteſt queri quid factum ſit, hoc modo. Bono ne animo ſint erga rempublicam Fregelani? & quid futurum ſit, hoc modo. Si Chartaginem reliquerimus incolumem, nunquid incommodi ad rem-

publicam peruenturum?

DE STATV SIVE CONSTI-tutione diffinitiua, quę & nominis Controuersia dicitur.

Cap. V.

NOminis controuersia siue constitu-tio diffinitiua est, cum de facto qui-dem conuenit, imo & de autore facti, sed quæritur id quod factum est, quod nomine appelletur, Quo in genere (Cicero ait) ideo necesse est nominis esse controuersiam, non ꝙ de ipsa re non conueniat, aut de facto non cõstet, sed ꝙ idqd factum est, aliud alij uidea-tur esse, & iccirco alius alio ꝙq̃ nomine ap-pellet, ut si quis sacrum surripuerit ex loco priuato, utrum fur an sacrilegus is sit iudican-dus, Nam id cũ quęritur, necesse erit utrunq̃ diffinire, quid sit fur, quid sacrilegus, et, ꝓpria cuiusq̃ descriptione ostendere rem illam, de qua agitur & controuersio est, alio nomine appellari oportere, atq̃ aduersarij dicunt. Eo-dem sane modo si quis peculatus accusetur, quod publica uasa argentea de loco priua-to sustuliſſe dicatur, is dicere poterit, cum

definitione usus, quid sit furtum, quid peculatus, ostenderit, secum ob id non peculatus, sed furti agere oportere.

DE STATV ET CONSTITUTIONE generali siue de controuersia generis qualitatisue.

Cap. VI.

GEneris hoc est qualitatis controuersia est, cum & quid factum sit conuenit, & quo id factum nomine appelletur, constat, & tamen quantum, & cuiusmodi & omnino qua le sit, quęritur hoc modo, Iustum ne an iniustum, utile an inutile, & omnia in quibus qua le sit quod factum est, quęritur sine ulla nominis controuersia. Hæc constitutio in duas distribuitur partes iuridicialem & negotialem. Iuridicialis est, in qua æqui & recti natura, aut premŕj, & pœnæ ratio quęritur. Negotialis est, in qua quid iuris sit, ex æquitate & ex more & constitutione ciuili, considera tur, Cui diligentiæ (idem Cicero ait) pręesse apud nos iurisconsulti existimantur. Iuridicialis rursus & ipsa in duas distribuitur partes absolutam & absumptiuã. Absoluta est, quæ

ipſa in ſe cõtinet iuris & in iurię queſtionem, hoc eſt, ut clari⁹ hęc prȩcipiant̃, quę ipſa non extrinſec⁹ (ut aſſumptiua) aliquid ſumit, ſed ꝑ ſe recti & non recti quęſtionem continet. Quam proinde Martian⁹ Capella ita definit. Abſoluta cauſę conſtitutio eſt, quę factũ ipſum ſua natura & iure defendit. Abſumptiua eſt, q̃ ipſa ex ſe nihil firmi dat ad recuſationẽ, ſed foris nõ nihil defenſionis aſſumit, quã & idem Capella apertius quoq; definit hoc modo. Aſſumptiua eſt, quæ cum in facto ipſo nihil probabile reperiat, confugit ad ipſam cauſam, eamq; iuſtam ut facere deberet, allegat. Vt cũ Milo qui Clodium occiderat, non potuerit dicere hominem licuiſſe iugulare, cãm occidendi aſtruxit, incidias Clodij.

ASSVMPTIVA CONSTITVTIO in quot partes diuidatur.

Cap. VII.

ASſumptiuę porro cõſtitutiõis ꝑtes ſũt quatuor, Cõceſſio criminis Remotio criminis, Relatio criminis, & Cõparatio criminis. Cõceſſio criminis eſt, cũ reus nõ id q̃d factum eſt, defendit, ſed ut ignoſcatur ſibi

postulat. Hęc rursus in duas diuidit partes, Purgationem & Deprecationem. Purgatio est, cum factum conceditur, culpa remouetur, id est animꝰ & uoluntas excusatur, Hæc partes habet tres, Imprudentiam, Casum & Necessitatem. Inter quas quidem partes hoc interesse Martianus Capella docet, quod imprudentia fallit, Casus prohibet, Necessitas cogit. Deprecatio deinde definitur, ac esse dicitur, cum & peccasse reus & consulto peccasse confitetur, & tamen ut ignoscatur sibi, postulat. Quod genus (aiunt) perraro potest accidere. Remotio criminis est, cum id crimen quod infertur, ab se & a sua culpa, & ui & potestate in alium reus remouere conatur, id quod duobus modis fieri poterit, si aut causa, aut factum in alium transfertur, Causa quidē transfertur, cū alieno dicit ui & potestate factū. Factum autem, cū alius aut debuisse aut potuisse facere dicit. Relatio criminis est, cū ideo iure factū dicit, quod aliquis ante iniuria lacessierit. Cōparatio criminis est cum aliquod factum, quod per se ipsum non sit probandum, ex eo cuius causa factum est, defenditur. Vt cum obiicitur,

fecisti, feci, sed profui.

DE STATV SIVE CONSTITVTIONE TRANSLATIVA.

Cap. VIII.

NVnc quartam ipsius causæconstitutionem, quam superius uerbis Ciceronis usi translatiuam diximus appellari, illis tribus hactenus expositis siue statibus siue constitutionibus adiiciamus, quod profecto etiam eo libentius facimus, quod ea & ab Hermagora ut græco, ita non uulgari huius artis scriptore primũ inuenta sit, ut etiam ipse Cicero testatur in rhetoricis de inuẽtiõe, nec ab eodẽ Ciceronе cum in libris Rhetoricorũ de inuentione, tũ in iis libris, qs ad Heren. de p̃ceptis artis rhetoricę scripsit, imo nec a Quintiliano improbata sit, ut a quo libro septimo oratoriæ institutionis actionis quęstio dicit. Quã tamen iccirco (ut Victorin⁹ tradit) multi ex huius artis scriptoribus, inter constitutiones referre noluerunt, quod omnis constitutio actionẽ constituat, translatio autem id uideat

agere, ne actio sit. Sed in hoc illi falluntur. Nam ut idem Victorinꝰ docet, hoc ipsum, scilicet quod actionem commutat, id est per quod actio commutatur, actio est, itaqꝫ translatiua constitutio est (ut & ea a Cicerone describitur) cum aut quem, aut qui cum, aut quo modo, aut apud quos, aut quo iure, aut quo tempore agere oprteat, quæritur, aut omnino de commutatione actionis, aut de infirmatione eius agitur. Hoc est ut idem Victorinus exponit, cum aut actio tota commutatur, aut aliqua ex parte debilitatur. Sic ergo utimur hac constitutione, ut Franciſci Maturantij uerbis utar, quoties ex eo causa pendet, ut ab alio nos accusari debere dicamus, aut non nos sed alios, aut non apud hos iudices, sed apud illos, non hac lege, sed illa, non de hoc crimine sed de illo, non hac pœna damnari sed illa, aut non hoc tempore sed illo. Vt si cum aliquo conueniſti, te illi daturum intra quinquennium aureos centum, & ille ante tempus postulauerit, tum non negabis te centum debere, sed ante tempus illos peti dices, ideoqꝫ tempus differendum, & exspectandum, donec quinquenni-

tum prætereat, De accusatione quoq; hoc amplius, ut si ignominiosus sit, aut infamis, fatebimur quidem obiectum crimen, sed mutandum esse accusatorem. Sicut & de iudice, ut si quod hodie plerumq; fit, sacerdos quispiam apud prætorem accusatus fuerit, is tum ad episcopum, siue adeius officialem ut ad suum iudicem, causam deferri postulabit, atq; ita actio non tollitur omnino, sed commutatur. Sciendum autem, quod hæc translatiue constitutio a iurisconsultis exceptio apellatur, ut & id a Philippo Melanchthone diligenter annotatum obseruo, imo & ipse Cicero in rhetoricis de inuentione eam sic appellari tradit, nec non & rarius incidere consueuisse ait. Vnde ius ciuile (inquit) ita constitutum habemus, ut a causa cadat is, qui non quẽadmodum oportet egerit.

DE ARGVMENTIS, QVO VIdelicet modo orator his opus habeat, & de illorum inuentione.

Cap. IX.

ARguentis atque expositis constitutionibus siue statibus, consequens est, ut ad argumenta trãso

eamus, & ostendamus, quo pacto & ipsa ab oratore inueniantur, ut quibus ipse commode oportunecꝫ utatur in unoquoque genere causæ, præsertim quoties quod ad dicendum propositum fuerit, probatione aliqua indigere uiuebitur. Inueniuntur autem haud difficile argumenta, si quibus ex locis (ut in quibus ueluti latent) ducantur eruãturque, compertum fuerit. Cæterum loci huiusmodi duplices sunt. Quidã enim ex his dialectici appellant ut, qui a dialecticis cũ primis traduntur, ꝙdam uero rhetorici, ut quorum usus etiam frequentior sit apud oratores. Porro qui a dialecticis traduntur, ab illis si quando opus fuerit, petantur. Nos hic de his tantum agamus, qui rhetorici appellantur ob eam quam iam diximus causam. Verum quoniam argumentorum noticia parum proderit oratori, ni si idem sciat, quo pacto ea accommodare debeat ad probandum quicꝫ, cum sit alioqui argumentum ratio rei dubiæ faciens fidem. Sed hanc fidem argumentum facere non potest, nisi ipsum in argumentationem sumptũ fuerit. Quippe quæ sit argumenti per orationem explicatio, de argumentatione igitur

prius a nobis, qua poterimus breuitate, dicendum quoque fuerit hoc loco.

DE ARGVMENTATIone, quid sit.
Cap. X.

ARgumentatio, a Cicerone ad Herennium definitur, oratio, per quam res aliqua aut probabiliter ostenditur, aut necessarie demonstratur. Vnde apparet, quod omnis argumẽtatio, qua ad probandum aliquid utimur, aut necessaria, aut probabilis dici debet. Necessaria ea est, per quam ea demonstrantur, quæ aliter ac dicuntur, nec fieri nec probari possunt, ut si mulier peperit, cum uiro cõcubuit. Probabilis autem, perquam ea ostenduntur, quæ fere fieri solent, aut quæ in hominum opinione posita sunt. Ex his quæ plerumque fieri solent, huiusmodi exemplum est. Si mater est, diligit filium suum. Ex his quæ in hominum opinione posita sunt, tale Cicero in rhetoricis de inuentione exemplum subiungit, Impijs, apud inferos pœnas esse præpatatas. Vnde est & illud apud Iuuenalem satyra secunda.

Esse aliquos manes & subterranea regna,
Et contum, & stygio ranas in gurgite nigras
Atq; una transire uadum tot milia cymba.
Nec pueri credunt, nisi qui nondũ ęre lauant
Sed tu uera puta.

DE PARTIBVS ARGVMENtationis. Cap. XI.

HVius sane argumentationis idem Cicero partes quinq; facit, eius præsertim quæ absoluta & perfecta habeatur, quæ sunt Propositio, Ratio, Rationis confirmatio, Exornatio Complexio, quas & deinceps exordine, quo ab eo numerantur, definit hoc mõ. Propositio est, per quam summatim ostendimus, quid sit quod probare uolumus. Ratio est causa, quademonstratur id uerum esse, quod intendimus. Rationis confirmatio est ea, quæ pluribus argumentis corroborat breuiter expositam rationẽ. Exornatio est, qua utimur rei honestandę, hoc est ornandę tũ & locupletãdę causa. Hęc exẽplis, similib⁹, reb⁹ iudicatis, & cæteris huiusmodi constat, qua proinde dialectici nõ utũtur. Quippe quę exercitatio sit magis speciosa & elegans, quam necessaria. Complexio est, quæ concludit

breuiter colligens partes argumentationis. Quæ quidem si breuis fuerit, supersedendū iam erit tum exornatione, tum complexione. Exornatione quidem, ut si parum locuples ad amplificandum & exornandum res esse uideatur. Complexione uero, si res breuis est, ita ut facile memoria comprehendi possit. Vtrisque autem, si res tenuis atque humilis fuerit. Ergo ampliſſima absolutiſſimaque argumentatio quinque partita est, breuiſſima tripartita, medioris quadripartita, sublata uidelicet aut exornatione, aut complexione.

DE LOCIS ARGVMENTORUM maxima quidem ex parte ex Quintiliano.

Cap. XII.

ARgumentum quidem quid sit, & quid possit, supra definitum est. Verum ut argumentorum, imo ipsorum potius locorum distinctio siue diuisio in promptu habeatur, Quintilianus hic nobis cum primis audiendus uenit, qui omnia ait, in hæc duo diuidenda esse, res & personas, ita ut quædam rebus,

quædam personis attribuanur. Rebus attribuuntur uelut illarum accidentia, causa, tempus, locus, occasio, Instrumentum, Modus & cætera huiusmodi. Nam de omnibus quæ fiunt, quæritur aut quare, aut ubi, aut quando, aut quomodo, aut per quæ facta sunt. Personis attribuuntur genus, Natio, patria, sexus, Ætas & quæ deinceps ex ordine sequuntur. Genus, Nam similes parentibus aut maioribus suis filij plerunq; esse creduntur. Natio. Nam & gentibus proprij mores sunt, nec idem in barbaro, græco & Romano probabile est. Hinc apud Vergil. in secundo Aeneid. Æneas admonet Dionem græcos omnes cognoscendos ab uno eius nationis homine, cum ait,

Accipe nunc danaum insidias, & crimine ab uno.
Disce omnes.

Patria, quia similter etiam ciuitatum leges & instituta habent differentiam. Sexus. ut latrocinium facilius in uiro, ueneficium in fœmina credas. Ætas, quia aliud alijs anni temporibus magis cõuenit. Id quod ab Ho-

ratio certe in arte poëtica, & post hunc a Prudẽ. Poëta Christiano lib. καθημερινῷ in ipso statim eius libri principio sine præfatione tum grauiter tum eleganter ueluti in pictura quadam expressum uides. Educatio & disciplina, quoniam refert a quibus, et quo quisque modo sit institutus. Habitus corporis. Nã ut frequenter ducitur in argumentũ libidinis species, ita petulantiæ robur. Fortuna. Siquidem nec tam credibile idem est in diuite ac paupere, propinquis, amicis, clientibus abundante, & his omnibus destituto. Conditio. Nam plurimum distat, clarus an obscurus quis sit? magistratus an priuatus? pater an filius? ciuis an perigrinus? liber an seruus? maritus an cælebs? parens liberorum an orbus? Animi natura. Etenim auaricia, ira, iracundia, misericordia, crudelitas, seueritas, & alĩ his similes affectus frequenter fidem afferunt aut detrahũt. Studia quoque. Nam rusticus, forensis, negotiator, miles, nauigator, medicus aliud atq; aliud efficiũt, hoc est aliud atq; aliud studium quicq; eorũ exercet. Studium autem est (ut & illud nunc ex Cicerone de inuentione adĩciamus hoc

loco) animi assidua & uehemens ad aliquam rem applicata magna cum uoluntate occupatio, ut philosophiæ, geometriæ, poeticæ, literarum, imo & agriculturæ. Consilia, quæ & præsentis & præteriti & futuri tẽporis sunt. Spectantur præterea & ante dicta & facta. Ex præteritis enim æstimari solent præsentia. Hæc ferre circa personas habentur & his similia. Itaq; ex his omnibus ueluti certis locis argumenta ducuntur, ut ex causis, ex tempore, ex occasione & cætera, ita a genere, a natione, a patria, a sexu. etc.

DE ALIIS QVIBVSDAM locis, quos inartificiales uocant. Cap XIII.

ET hi quidem iam dicti loci, artificiales & sunt & habentur, præter quos alij quidam in artificiales loci appellantur, ut qui non aboratore inueniantur, sed ad eum cum ipsa causa deferãtur obiter et uelut a casu, qui et in tribus (ut uult Martianus Capella) positi sunt rebus, in scriptura, in authoritate in necessitate, In scriptura, ut tabellarum, in auto-

ritate,ut testium,in necessitate, ut tormentó-
rum. A scripto igitur argumentum: peritur,
cum ad rei dubiæ probationem, uel chiro-
graphum, uel testamentum transactionis,
aut tabulæ recitantur, ceteraque huiiusmodi.
Ab authoritate, ut Africanum dixisse iure
cæsum Tiberium Gracchum: aut cum testi-
monium,quo ueritas nudetur,affertur. A ne
cessitate, cùm fides ex tormentis, aut somno
aut furore, aut uinolentia sumitur. Hinc il-
lud passim celebratum adagium, In uino ue-
ritas. Sed hic uide Erasmum Chiliadis pri-
mæ centuria septima ipsum adagium nihilo
minus eleganter, q̃ diffuse explicantem, idq̃
& apte & commode ad propositum. Addũt
quidam his rumores & famam, quæ pars al
tera consensum ciuitatis & uelut publicum
testimonium uocat, altera sermonem sine ul-
lo certo authore dispersum in ora hominum
cui malignitas initium dederit, incrementum
credulitas,unde uerissime Ouidius dixit.

Sed nos in uitium credula turba sumus.

Et de fama cuiusmodi sit, Virgilius.

Fama malum,quo non aliud uelocius ullum
Mobilitate uiget,uiresq; acquiret eundo.

QVOD POETARVM QVOque fabulæ nonnullæ uim habeant argumentorum.

Cap. XIIII.

ATqui præter iam dictas argumentorum differentias, quorum hęc quidem artificialia, illa uero inartificialia dicta sunt, nonnullæ quoque poetarum fabulæ eam uim habere dignoscuntur & ad persuadendum, & ad fidem faciundam (id quod & aliàs a nobis ostensum est) ut non inmerito argumentorum nomine censeantur, Cuiusmodi quidem eę fabulæ sunt, quæ Æsopi nomine circumferuntur, de quibus & Aphthonius Sophista in progymnasmatis, Quippe qui fabulas a poetis quidem profectas esse dicit, sed & oratoribus communes factas admonendi gratia. Et cum inter has aliæ Sybariticæ dictæ sint, aliæ Cilices aliæ Ciprię, accepto abinuentoribus nomine, quia tamen Æsopus (inquit) omntum optime fabulas conscripsit, euicit ipse atq; obtinuit, ut a suo potius nomine Æsopię dicerentur. Quas deinde ita distinguit, ut dicat alias rationales dici, alias morales, alias mistas, & reliqua quæ

apud ipſum Aphthonium legantur. At nunc quemadmodum argumentorꝝ uim habeant ipſę fabulæ. Quintialinum audiam⁹, qui lib. quinto oratorię inſtitutionis ubi de argumẽtis ipſis pręcipue agit, de fabulis ad hunc modum ſcribit. Eadem (inquiens) ratio eſt eorũ ſubaudi argumentorum) quę ex poeticis fabulis dicuntur niſi quod his minus affirmationis adhibetur. Ac de eiſdem deinde ita dicere pergit. Illæ quoqꝫ fabulæ, quæ etiam ſi ab Æſopo originem non acceperunt (Nam uidetur eaꝝ primis author Heſiodus) nomine tamen Æſopi celebrantur ducere animos ſolẽt pręcipuę ruſticorum et imperitorum, qui & ſimpliciꝰ quę ficta ſunt audiunt, et capti uoluptate facileꝯ quibus delectantur conſentiunt. Siquidem & Menenius (inquit) Agrippa plebem cum patribus in gratiã traditur reduxiſſe nota illa de mẽbris humanis aduerſus uentrẽ diſcordantib⁹ fabula. Hactenus Quintilianus de poetarum fabulis. An nõ etiam talis ea fabula eſt, quam de Caſſita auicula A. Gellius libro ſecundo noctium atticarum ex Æſopo repetit, qua ueluti ratione quadam admonemur, imo & perſuademur ut

si quando nobis quippiam serio curandum fuerit, id ipsi potius subeamus, non alijs uel amicis aut etiam propinquis committamus, si nolumus alioqui uotis nostris per inanem aliorum fiduciam toties frustrari, Et hactenus quidem de inuentione prima rhetorices parte, Nunc ad reliquas transeamus.

Finit Tractatus Tertius.

INCIPIT TRACTATVS QVARTVS.

SEQVITVR IN EVNdem præfatio.

POsteaquam de inuentione prima ac ueluti principe artis rhetoricæ parte, abunde satis, quantum quidem nostræ institutionis ratio postulare uidebatur, transegimus obiter de alijs quibusdam, quæ inuentioni ipsi plane subiacent, imo quæ inuestigare atque excogitare ante omnia officium eius est. Quippe quæ citra illam non ita facile haberi possint, utpote ad omne genus causæ acommodatam, proindeque non iniuria inter artis partes difficillima a quibusdam iudicatur, tempus iam exigit & ratio ordinis, ut ad reliquas artis partes ueniamus, quæ quidem sunt Dispositio, Elocutio, Memoria & Pronuntatio.

DE DISPOSITIONE, ET DE duplici eius ratione.

Caput I.

DIſpoſitio igitur eſt, quemadmodum ſcilicet a Cicerone in rhetoricis de inuentione definitur, per quam illa quæ inuenta ſunt, in ordinem quendam rediguntur, hoc eſt, ut ab eodem in rhetoricis ad Herennium definitur, ordo & diſtributio rerum inuentarum, quæ demonſtrat, quid quibuſq; locis ſit collocandum. Itaque per hanc artis partem intelligimus, quæ dicenda ſunt, quo loco, quo modo, & quando dicenda ſint. Huius quidem partis idem Cicero duos tradit modos, unũ qui ab inſtitutione artis proficiſcitur, & hic ordo naturalis eſt, ut qui ex natura cauſæ id eſt rei de qua agitur, procedit, alterum, qui ad caſum temporis accommodatur, hoc eſt qui oratoris ingenio & artificio comparatur, unde & artificioſus ordo appellatur. Quippe qui perſonis, locis, temporibus accommodatus naturalem rei ordinem artificioſe ingenioſeque commutat. Que ut perfectius pleniuſq; intelligantur, paulo latius declaremus. Naturalis igitur ordo eſt, cũ poſt orationis principium, narratio & reliquæ dein

de ipsius orationis partes, quæ sunt diuisio, cõfirmatio, confutatio & peroratio ordinę sequuntur. Artificiosus uero est, cum oratoris iudicio ad tempus dispositio accommodatur hoc est cum a naturali ordine ad tempus recedimus, ut si pretermissio principio siue exordio, a narratione dicere incipiamus, aut ab aliqua firmissima argumẽtatione, aut ab aliquarum literarum recitatione, si forte literę apud nos extent, quæ causam nostram iuuare possint, aut post exordium cõfirmatione utamur deinde narratione, aut si quam huiusmodi naturalis ordinis permutationem faciamus. Quorum sane nihil alioqui nisi causa postulauerit, fieri oportebit. Nam si auditorum aures uehementer obtusæ uidebuntur, atque animi illorum & ipsius præsertim iudicis defatigati ab aduersarijs uerborum multitudine, tum commode & necessario poterimus principio supersedere, & exordiri causam aut a narratione (ut dictum est) uidelicet si causa nostra magnam habuerit difficultatem, ut ob id nemo æquoanimo principiũ posset audire, aut ab aliqua firmissima (ut id quoque dictum est) argumentatione, maxime qua ostenda-

mus nos habere aliquid, quo causam nostram corroberemus, idque tum potissimum, si narratio parum probabilis fuerit. In confirmatione preterea & confutatione ipsarum argumentationū dispositiones huiusmodi habere conuenit, ut firmissimæ argumētiones in primis ac postremis causæ partibus collocentur, mediocres autem (ut quæ verisimilies sunt) interponantur, hoc est in medio ponantur, quę et huiusmodi sunt, ut neq; inutiles sint ad dicendū, neq; necessarię ad probandū, si singulę dicantur, cum cæteris tamen coniunctæ firmæ fiunt & probabiles. His igitur commutationibus & translationibus partium ipsius oratiōis sæpe uti necesse est, cum res ipsa, hoc est personæ, temporis, & loci conditio naturalem ordinem artificiose commutare cogit. Vnde & illud nunc ex Horatio in arte de duplici dispositione siue ordine addamus, utqui uirtutem & gratiam & uenustatem ordinis commutandi uariandiq; pro loco, s. & tempore his uerbis, grauiter (ut solet omnia) & eleganter adnotauit atq; expressit.

Ordinis hæc uirtus erit & Venus, aut ego fallor,

Vt iam nunc dicat, iam nunc debentia dici,
Plęraqꝫ differat, & præsens in tempus omitat.

De dispositione itaqꝫ hæc iam dicta ad præsens sufficiant.

DE ELOCVTIONE, ET QVID inter sit inter Elocutionem. & Eloquentiam.

Cap. II.

ELocutio est idoneorum uerborum & sententiarum ad inuentionem accommodatio. Ad hunc quidem modum ab ipso Cicerone in rhetoricis ad Herennium Elocutio definitur. Quod ergo ait ad inuentinem, intellige ad res iuuentas. Nam prius res habere oportet, deinde uerba accommodare. Sane hæc pars (ut Georgio Trapezuntio placet) tam propria est oratori, ut multi fuerint qui memoriam quidam & pronuntiationem natura solum, inuentionem & dispositionem alijs quoque artibus non rhetorica tantum constare putarint, Elocutionem autem nemo ausus sit oratori eripere. Si quidem hac efficitur, ut cum quis ornate, distincte, aperteque dixerit, eloquens merito esse uideatur.

Quas ob res (ut eidem placet Trapezuntio) ipsa elocutio cæteris rhetoricæ partibus ante ferenda uidetur. Quam etiam Quintilianus libro octauo ob eandem fortassis causam inter artis rhetoricæ partes difficillimam esse ait, atq; ita inter omnes oratoers conuenire. Vnde & ibidem. Mar. Antonium adducit, eius scilicet quod ex omnium sententia dixit ueluti probatissimum testem, qui dicere solitus erat (ut est apud Ciceronem in primo de oratore libro) a se quidem disertos uisos esse multos, eloquentem autem neminem, quod idem Antonius disertos putabat dicere quæ oportebat, ornate autem dicere proprium esse eloquentissimi. Et non multo post idem Quintilianus ipsum Ciceronem adducit de inuentione, dispositione & elocutione hanc ferentem sententiam, q̃d inuentio quidẽ & Dispositio prudẽtis sunt hominis, eloquẽtia oratoris. Nam si quid inueneris idemque riti dispoſueris, tam & si optimum sit inuentum, deiectum tamen & depressum uidebitur, nisi elocutione perpolitum sit. Hæc ita Cicero. Quare si loqui proprium hominis est nemini dubium esse debet, omnium rerum

quas natura humano generi tribuit, præstantissimam esse elocutionem. Nam ratio quidem ipsa, quæ in ipsius mentis abditis recondita est, nisi oratione fuerit elicita, tantum habet splendoris, quantum ignis abstrusus in silice. Sed nunc etiam antequam ad elocutionis partes pergamus, non importune fortasse dicendum uideatur idque ex Martiano Capella, quid inter sit inter elocutionem & eloquentiam, & si nonunquam hæc inter se uocabula apud artium scriptores cõfundantur. Elocutio (inquit ille) ab eloquentiæ nomine separatur, quod eloquentia totius operis oratorij uis atque uirtus est. Elocutio pars tantum habetur officij oratoris, ut per quam omnia quæ mente conceperis (ut uult Quintilianus) promere, atque ad audientes proferre poteris. Vnde sine elocutione (inquit) prolora uacua sunt, & similia gladio condito, & intra uaginam suam hærenti. Quin hic illud quoque obseruandum, quod (ut idem tradit Quintilianus libro octauo) quam græci (inquiens) φράσιν uocant, latine dicimus elocutionem.

ARTIS RHETORICAE
QVOT EX PARTIBVS
elocutio constet.
Cap. III.

CÆterum qui de elocutione scripsere, hoc est de hac artis parte p̃cepta tradidere, ij eã quãbreuissime in duabus partibus consiste re dixerunt, in uerbis & sententijs, id quod ex eius definitione supra posita, facile intelligi datur. Nam ut uerba ipsa, si latina sunt et perspicua, magnum ipsi orationi ornatum addũt sic & figuræ, si apte & in loco accomodentur maiorẽ in modum orationem exornant. Vnde etiam ipsę lumina orationis iure dicuntur. Verum hoc loco lectorem ex Quintiliano admonitum uolo, uerba nunc generaliter accepi. Nam duplex eorum (ut ille ait) intellectus est, alter qui omnia per quę sermo nectitur, significat, ut apud Hora. in arte. Verba ęp prouisam rem: non inuita sequũtur. Alter in quo est una pars orationis, ut lego, ut scribo. Verba igitur (ut nunc accipimus) aut simplicia sunt, aut cõposita. Simplicia quę sunt, hęc sunt aut propria, aut translata, aut usitata, aut ficta. Propria uerba dicuntur, cum id

ſignicãt, in qđ primo denominata ſunt. Trã ſlata ſunt, cum aliũ natura, hoc eſt prima impoſitione intellectum, alium loco, hoc eſt per occaſionẽ prębẽt. Vſitatis tutius utimur. Noua non ſine quodam periculo fingimus. Nam ſi recepta ſunt, modicam laudem afferunt oratori, repudiata etiam in iocos exeunt. Audendum tamen. Nam (ut Cicero ait) quæ primo dura ſunt, uſu molleſcunt. Hucuſque de ſimplicibus uerbis ex Quintiliano. Sequuntur compoſita de quibus idem ait hoc modo. Compoſita, uerba ſunt, quæ aut præpoſitionibus ſubiũguntur, ut innocẽs, aut e duobus quaſi corporibus coaleſcunt, ut maleficus. Componuntur autem uerba aut ex duobus latinis integris, ut ſuperfui, aut ex integro & corrupto, ut maleuolus, aut ex corrupto & integro, ut noctiuagus, aut e duobus corruptis, ut pediſſequus, aut ex latino & peregrino, ut biclinium, aut contra ex peregrino & latino, ut epitogium & Anticato, aut tex duobus perigrinis ut epirhedium. Cæterum hæc quæ de uerbis hactenus diximus, ex grammatica inprimis petenda ſunt. Nam (ut recte nos admonet Melan-

chthon) ſicut inuentio (inquiens) multum habet cum dialectica commune, ut a qua pluriſima mutuatur, ita elocutio plurima ſumit ex grammatica. Similiter & figuræ quędam, ut uerborum in primis, inde peti poſſunt. At de figuris, quidem tum uerborum, tum ſententiarum ac cæterisquæ ad ornatum orationis faciunt, quod de his multi extant libri tam a recẽtioribus quam a ueteribus conſcripti nos de his ad præſens ſuperſedere plane duximus, & ad reliquas duas artis partes, quę ad huc reſtare uidentur, tranſire potius.

DE MEMORIA.
Cap. IIII.

MEmoriam quidam (Quintilianus ait) nature tantummodo munus exiſtimauerunt, eſtque in ea non dubie plurimũ, ſed ipſa (ut Idem uult) excolendo (ſicut alia omnia) augetur. Hæc utique eiuſmodi eſt, ut præter eã totus labor, qui impenditur huic ſtudio, inanis fere ſit, niſi cæteræ partes hoc ueluti ſpiritu contineantur. Nam & omnis diſciplina memoria conſtat, fruſtraquæ docemur (ut Idem author ait) ſi quicquid audimus, præ-

terfluat. Quin uero & ob id ipſum haud im-
merito theſaurus eloquentiæ dicitur. In quã
etiam ſententiam de memoria Cicero in pro-
logo operis de oratore ita ponuntiat. Quid
de theſauro (inquiens) rerum omnium me-
moria dicam, quæ niſi cuſtos inuentis ex co-
gitatiſque uerbis & rebus adhibeatur, intel-
ligimus omnia, etiam ſi præclariſſima fuerint
in oratore peritura. Quam proinde idem
Cicero in rhetoricis ad Herennium ita defi-
nit. Memoria eſt firma animi, rerum & uer-
borum, diſpoſitioniſque perceptio. Hæc li-
cet natura maxime conſtet, multum tãmen in
ea ualere artem & præceptionem certum eſt.
Sunt igitur (quantum quidem ex his uerbis
percipere poſſumus) memoriæ duæ, una na-
turalis, altera artificioſa. Quæ etiam ita inter
ſe mixtæ ſunt atque coniunctæ, quemadmo
dum de ipſis Chiriis Fortunianus ſentire
non male uidetur, ut ſicut naturalis arte ſer-
uanda eſt, ita artificialis iuuanda ſit natura.

DE DVPLICI MEMORIA quid utraque ſit. Cap. V.

IAm quid utraq; ſit, ſeorſum dica nus. Itaque naturalis memoria eſt, quæ noſtris animis inſita eſt, & in nobis ſine multa cogitatione nata. Artificioſa uero ea eſt, quam confirmat inductio quædam & ratio præceptionis. Quippe quæ ediuerſo multa indiget cogitatione, imo nihil æquę (ut uult Quintlianus) ul' augẽt cura, uel negligẽtia intercidit. Huius porro artificij hoc munus prȩcipuum eſt (ut ex Martiano Capalla ad uerba Ciceronis hoc addam) ut non tantum firma, uerum etiam celeri comprehenſione res uerbaq; percipiantur. Conſtat autem artificioſa hæc memoria ex locis & imaginibus. Locos hic eos appellamus, qui breuiter, perfectæ, inſigniterq; aut natura, aut manu abſoluti ſunt, ut eos ſcilicet facile naturali memoria cõprehendere & amplecti queamus. Natura, ut mons, antrum, ſcopulus, aut cõuallis aliqua. Manu, ut ędes, theatrum, templum. Imagines ſunt formæ quædam & notæ & ſimulachra eius rei, quã meminiſſe uolumus. Quod genus ſunt (exempli gratia) equi, leones, aquilæ, aut aliarum quarumlibet rerum, ut ſi de equitatu, aut

de equestri certamine dicturi, de hoc firmam celeremq; habere uoluerim⁹ memoriam, equi imaginē in certo aliquo loco collocare oportebit. Sed de memoria artificiali pauca hæc ex Cicerone ad Herennium summatim collecta sufficiant, reliqua inde petantur, ut qui de hac ipsa libro tertio copiose tractat.

QVA RATIONE MEMORIA ARtificialis inuenta sit, & a quo primum inuenta, & de eius obiter præceptis quibusdam partim ex Quintiliano, partim ex Martiano Capella.

Cap. VI.

ARtificialis memorię præcepta inueniſſe perhibet Simonides poeta, idemque philoſophus hoc modo. Cum enim conuiuij loco cui ille interfuerat, ſubito corruiſſet, nec poſſent propinqui ex ſuis obtritos obrutoſque internoſcere, imo uero illorum corpora ita oppreſſa atque confuſa iacerent ut non ora modo nulla nota, ſed nec membra omnia requirentes ad ſepulturam diſcernere poſ-

ſent:tum Simonides dicitur memor ordinis quo quiſque diſcubuerat, corpora quæque ſuis reddidiſſe. Quo tum idem admonitus intellexit ordinem eſſe, qui memoriæ præceptа ſuggereret atq; conferret. Is uero in locis illuſtribus, eiſdemq; nõ longis interuallis diſtantibus meditandus excogitanduſque eſt, in quibus rerum & ſententiarum imagines collocandæ ſunt, ueluti nuptiarum flammeo uelatam, aut homicidæ gladium uel arma deponas, quas rerum ſpecies locis tanquam depoſitas memoria reddat. Nam ſicut id quod ſcribitur, cæra continetur & literis, ſic quod memorię commendandum eſt, in locis tanq; in cæra paginaq; ſignetur. Imaginibus enim quaſi literis rerũ recordatio cõtinetur. Quæ tamen res (ut ſupra dictum eſt) magnam exercitationem laboremq; conquirit. In qua illud obſeruari ſolere compertum eſt, ut ſcribamus ipſi, quæ facile uolumus retinere hoc eſt meminiſſe, deinde ut ſi longiora fuerint, quæ ſunt ediſcenda, ea per partes diuidantur. Diuiſa enim per partes facilius memorię inhæreſcunt. Tum apponere notas rebus ſingulis, q̃s uolumus maxime meminiſſe, opor-

rebit. Præterea quę ediſcenda ſunt atque me-
riæ mandanda, non magna uoce legẽda ſunt
ſed murmure potius meditanda. Tum & no-
cte magis quam interdiu maturius excitari
memoriam manifeſtum eſt, cum ad hoc ſilen-
tium non parum iuuat, nec foras a ſenſibus
uocatur intentio. Hæc ita ex Martiano Ca-
pella maiori ex parte.

DE PRONVNTIATIONE eiuſque partibus.

Cap. VII.

SEquitur hinc ultima rhetoricæ pars pronuntiatio, quæ a pleriſq; huius artis ſcriptorib⁹ (Quintilianus ait) actio dicitur, ſed ut pronuntiatio nomen a uoce, ita actio a geſtu accipere uidetur. Hanc Cicero ad Herennium ita definit. Pronuntiatio eſt uocis uultuſque & geſtus moderatio cum uenuſtate. Vnde & partes eius (ut uult Martianus Capella) tres colliguntur, uox, uultus, geſtus. Alij autem (Cicero & Quintilianus) duas tantum eius partes faciunt, uocem atque motum, ut qui motum ſubdiuidere uideantur in uultum & geſtum. At priuſquam de par-

tibus his (ut cœpimus) prosequamur, paulo altius quędam de pronuntiatione ex Quinti liano ipso repetamus oportet, ut per quę uir tus eius plenius cognoscatur. Habet autem res ipsa (ut ille ait) miram quandam in oratio nibus uim & potestatẽ. Nam non tam refert, qualia sint quę intra nosmetipsos composui= mus, quam quomodo efferantur. Nam ita q̃s q̃ ut audit, mouetur. Affectus siquidem om nes langueścant, necesse est, nisi uoce, uultu, totiusq̃ prope corporis habitu inardescant. Vnde nõ immerito Æschines cum exularet in insula rhodo, De Demosthene dixisse fer= tur admirantibus eius orationem rhodijs, q̃d si ipsum audissetis. De quo etiam diuus Hi= eronymus in prologo in uetus testamentum meminit eisdem fere uerbis, quibus id quod de utroq̃ ex Quintiliano hic referimus. At= que hac de causa interrogatus Demosthenes quid esset in toto dicendi genere summum, pronuntiationi palmã dedit. Et Marcus item Cicero unam in dicendo actionem dominari putat. Cum igitur actio omnis siue pronunti atio in duas dituidatur partes, in uocem & ge stum, quarum altera oculos, altera aures mo=

uet, ut per quos duos ſenſus omnis ad animũ penetrat affectus, prius de uoce hinc iam diſcendum eſt, mox de geſtu.

DE VOCE ET QVOT ipſa rebus ſpectetur.

Cap. VIII.

IN uoce prima illa eſt obſeruatio, qualem habeas, ſecunda quo modo ea utaris. Natura uocis duabꝰ ſpectatur rebus, quãtitate & qualitate. Quantitate, an ſit grandis aut exigua. Qualitate, an ſit plena, an exilis, an leuis, an aſpera, an contracta, an fuſa, an dura, an flexibilis, an clara, an obtuſa. Et ſicut bona, hoc eſt dotes eius cura augentur, ita negligentia minuuntur. Studendũ ergo, ut ſint fauces integræ, hoc eſt molles & leues, quarum uitio econtra & frangitur, & obſcuratur & exaſperatur, et ſcinditur uox. Vt ſi ſunt tumentes, ſtrangulant uocem, ſi obtuſæ obſcurant, ſi raſæ exaſperant, ſi conuulſæ fractis ſunt organis ſimiles. Humor quoque uocem ut nimius impedit, ita conſumptus deſtituit. Hinc apud Ouidium libro ſexto operis Metamorphoſeon Latona Apollinis & Dianæ

mater iam longo fessa labore, uoce pręsiti
prope destituta, rusticos e lacu quodam legen
tes uimina cum iuncis gratamque paludibus
uluam, supplex orabat, ut haustum aquæ sibi
darent, non in alium usum, quam ut eo reso=
cillaretur tantum. Vnde et ita nõ sine magno
(haud dubie) dolore ait. Supplex peto, non
ego nostros
Abluere hic artus, lassataq; membra parabã:
Sed releuare sitim: caret os humore loquẽtis,
Et fauces arent, uixq; est uia uocis in illis.
Hactenus hæc ex Ouidio. Subdit deinde
Quintilianus. Ante omnia autem uox con=
suetudine & exercitatione firmetur. Hæc de
priori pronuntiationis parte nempe uoce pas
sim collecta sufficiat. Ad gestũ nũc trãseamus

DE GESTV, QVO PAC-
to in pronuntiatiatione sit obseruandus, & quan ta sit eius uis.

Cap. IX.

GEstus (ut idem docet Quintilianus) ta
lis esse debet, ut uoci ipsi cõsentiat, sic
tamen ut magis ad sensus quam ad uerba ac=
cõmodatus, sit. Is quantũ habeat in oratore

momenti, satis uel ex eo patet, quod pleraq; ue etiam citra uerba significat. Quippe non manus solum, sed nutus etiam declarãt nostram uoluntatem, ut quæ in mutis pro sermone habentur, & salutatio frequenter sine uoce intelligitur, & ex uultu progressuque sæpe habitus animorum perspicitur. Cuius rei exemplum non adeo alienum a proposito de Peribonio quodam, homine plane uitioso quidem sed simplici & minime fucato a Iuuenale satyra secunda annotatum est, imo uero qui ob id ipsum ab eodem poëta modo quodam: præ sui similibus laudatur commẽdaturque, quod cum cæteri uitia sua egregie nouissent dissimulare hypocrisi quadam, nẽpe barbæ hispiditate, fronte & supercilio, denique magna tacendi libidine: ille qualis erat, talem uultu incessuque se omnibus exhibuisset nihil prorsus dissimulans, unde de hypocritis illis & mox de Peribonio ipso, ad hunc modum poëta inter alia pronuntiat.

Rarus sermo illis, & magna libido tacendi,
Atq; supercilio breuior coma.

Sed & paulo ante de eisdem, Hispida barba quidem et durę per brachia setę promittũt a-

trocem animum. Deinde nõ multo post subiungit atque concludit. Verius ergo.
Et magis ingenue Peribonius, hũc ego fatis.
Imputo, qui uultu morbũ incessuq; fatetur.
Nec mirum (ut ad propositum reuertamur) si ista quæ tamen in aliquo posita sunt motu, tantum in animis hominum ualent: cum pictura tacens opus sic penetret affectus, ut ipsam uim dicendi nonunq; superare uideatur. Hinc non ab re Æneas a Virgilio in primo Æneid. lachrymans inducitur ex picturæ aspectu, in qua uidet Iliacas ex ordine pugnas. Vnde tum ille ad Achatem itineris sui comitem de his obiter inter alia conmemorans.

Sic aït, atq; animum pictura pascit inani
Multa gemens, largoque humectat flumine uultum.

Contra uero si gestus ac uultus ab oratore discẽtiãt, ut si tristia dicamus hilares, affirmemus aliqua rennuentes, non authoritas modo uerbis, sed etiam fides desit. Decor quoq; a gestu atq; a motu uenit. Præcipuum uero in actione, sicut in corpore ipso, caput est cum ad ipsum decorem, tũ etiam ad significationem decoris, ut sit primo rectum, & secundũ naturam. Nam deiecto humilitas, supi

no arrogãtia, in latus inclinato languor, prę duro ac rigenti barbaries quædam mentis oſtenditur, Aſpectus enim ſemper eodem uertatur, quo geſtus, exceptis quæ aut damnare, aut concedere, aut a nobis remouere oportebit, ut idem illud uultu uideamur auerſari, manu repellere. Dominatur maxime uultꝰ in oratione. Nam hoc ſupplices, hoc minaces, hoc blãdi, hoc triſtes, hoc hilares, hoc erecti, hoc ſubmiſſi ſumus, hoc pendent homines, hunc intuentur, hunc ſpectant, etiam anteq; dicamus, hoc quoſdam amamus, hoc odimus, hoc plura intelligimus. Hic eſt ſæpe pro omnibus uerbis. Sed in ipſo uultu plurimum ualent oculi, per quos maxime animus emanat, ut citra motum quoque & hilaritate eniteſcant, et triſtitia quoddam nubulum ducant. Quin etiam lachrymas his natura mentis indices dedit, quæ aut erumpunt dolore, aut lætitia manant. Sed & de cæteris ipſius capitis immo totius corporis membris quo pacto in dicendo orator utatur, dicendũ quoque foret ex eodem Quintiliano, niſi id admodum longum eſſet, & a noſtro inſtituto quodam modo abhorreret, tantum de

manibus illud ſubdamus, quod in his non parua uis actionis conſiſtat. Manus (inquit ille) ſine quibus trunca eſſet actio ac debilis, uix dici poteſt, quod habeant motus, cum pene ipſam uerborum copiam proſequantur. Nã cęterę partes loquentẽ adiuuant, hę prope ipſæ loquuntur. An non his poſcimus? pollicemur? uocamus? dimittimus? miramur? ſuplicamus? abhominamur? timemus? interrogamus? negamus? gaudium, triſtitiã, dubitationem, confeſſionem, pænitentiam, modum, copiam, numerum, tempus oſtendimus? Nonne in demonſtrandis locis atque perſonis aduerbiorum atque pronominum obtinent uicem? ut in tanta per omnes gentes nationesque linguæ diuerſitate, hic mihi omnium hominum communis ſermo eſſe uideatur. Tãtũ igitur ad præſens de geſtu ac motu in actione ſiue ꝓnũtiatione, Reliqua apud magnos huius artis ſcriptores quærãtur, At illud quoque nunc addamus, quot & quibus rebus hæc omnia aſſequi poterimus, idque ex Cicerone ad Herennium.

TRACTATVS QVARTVS
QVOT ET QVIBVS REbus hæc omnia assequi possimus.
Cap. X.

HÆc omnia (Cicero ad Herennium ait) tribus potissimum rebus assequi poterimus, arte, imitatione, & exercitatione, Ars est præceptio, quæ dat certam uiam rationemque dicendi. Imitatio est, qua impellimur diligenti ratione, ut aliquorum similes in dicendo esse ualeamus. Exercitatio est assiduus usus consuetudoque dicendi. Sed & hic animaduertere debemus, hæc non minus aliis plerisque artibus congruere posse, si speciatim iuxta officium & proprietatem uniuscuiusque definiantur, uel generatim per agẽdi uerbũ.

Finit Tractatus Quartus.

INCIPIT QVINTVS.

IN TRACTVM QVINTVM de oratione præfatio.

TEmpus & ordo hic nos admonẽt aut promissa soluam⁹, hoc est ut de oratione agamus. Quid sit autem oratio, quæ quidem ex sententia diui Seuerini Boethij posita est artis rhetoricæ ueluti instrumentum quoddam, citius fortassis ex eius partibus deprehendas, quam ex definitione. Ideo partes ipsius quam primum aggrediamur, quarum de numero non inter omnes huius artis scriptores conuenit hactenus. Namalij quinque, alij sex orationis partis esse dicunt. Qui sex esse dicunt, ij partitionem siue deuisionem reliquis quinque adnumerant, quæ sunt Exordium, Narratio, Confirmatio, Confutatio, & Peroratio, ut ex quibus ipsa oratio integratur & constituitur. Porro diuisio siue partitio cur a nonnullis inter partes adnumeretur, eius nos superius rationem reddidimus. De pars

tibus oratiõis deinceps per ordinẽ dicamus.

DE EXORDIO.

Cap.I.

EXordium est (quemadmodum a Cicerone ipso ad Herennium definitur) principium orationis, per quod animus auditoris aut iudicis constituitur, uel apparatur ad audiendum. Definitur item a Martiano Capella hocmodo. Exordium est oratio noscendæ causæ præparans auditorem. Cæterum præparatur auditor ad audiendum, si beneuolus, attentus & docilis reddatur. Ad quod tamen præstandum, prius noscere ac scire oportebit, cuiusmodi ea causa sit, quæ ab oratore sumetur ad dicendum. Nam id nisi exploratum habuerit orator, difficile ei fuerit intelligere, quo nam pacto exordiendum sit, hoc est an statim ab ipso principio, an ab insinuatione, que tamquam duo membra exordij ab omnibus fere huius artis scriptoribus ponũtur, ut de quibus paulo post seorsum dicemꝰ Interim de causarum qualitatibus, quę ab aliis & cum primis a M. Cicerone genera dicuntur, ex eodem agamus.

ARTIS RHETORICAE DE GENERIRVS SIVE qualitatibus causarum.

Cap. II.

CAusarum genera siue qualitates quatuor ab eodē Cicerone ad Herennium statuuntur, honestum, turpe, dubium siue anceps, & humile, quibus ab eodem in rhetoricis de inuentione additur genus causæ obscurum. Sed hoc loco scire licet, genus hic non accipi ut superius, ubi tria posita sunt genera causarum, quæ certe non aliud sunt quam tres ueluti species causarum, quas etiam non improprie specificas differentias ipsarum causārum appellaueris, sed ꝑ qualitate, ut intelligamus hic quatuor esse causarum qualitates, & hęc quidem causarum genera siue quatuor siue quinque constituantur, aut etiam plura, in uno quoque illorum trium contineri. Atque ita cum causa in aliquo illorum trium generum tractabitur, tum in primis uidendum est, qualis nam ea causa sit, num honesta, nū turpis, num dubia siue anceps, num humilis, num obscura, num etiā admirabilis. Nam & hæc a quibusdam inter causarum gene-

ra ponitur. Dicimus ergo ex ipsius Cicero-
nis sententia, quod genus causæ honestum
est, quod ab omnibus suspiciendum & defen
dẽdum uidetur. Cuiusmodi etiam generi sta
tim uel sine oratione aliqua auditoris ani-
mus applaudit, fauetq; . Turpe deinde genus
cauſę est, quod contra ab omnibus oppugnã
dum uidetur, hoc est ut ad Herennium idem
Cicero definit, cum aut res honesta oppu-
gnatur, aut turpis defenditur, ut si quis cau-
sam hæretici defendere uellet, quod profecto
apud Christianos turpe admodũ esset: aut si
quis hominis integri & inculpatæ uitæ &
optime de repub. meriti causam oppugnare
conaretur, quod ipsum quoq; non minus tur
pe uideretur, Dubium siue anceps genus cau
sę est, cum habet in seres ad dicendum propo
sita ut honestatis ita turpitudinis partem. Hu
mile, cum res plane comtempta ad dicendum
suscipitur. Obscurum est, quod nisi tardius
ægriusque auditor percipere non potest. Ad
mirabile est, a quo animus auditoris plane ali
enatus est, uel (ut Quintilianus de illo lib.
quarto ait) quod prẽter opinionẽ hominum
est constitutum. Quoniam igitur tam diuer

ſa inter ſe ſunt genera ſiue qualitates cauſſarum de quibus nunc agimus, exordiri quoque diſpari ratione in uno quoque genere exillis tribus ſupradictis neceſſe erit, id quod ex ipſius exordij diuiſione mox luce clarius euadet.

DE DVOBVS EXORDII generibus ſiue partibus ſiue menbris.

Cap. III.

His ita expoſitis, dicendum reſtat quod exordij genera ſiue partes ſiue menbra duo ſunt. Principium & inſiuatio. Principium eſt oratio, qua ſtatim auditoris animum nobis idoneum et promptum ad audiendum reddimꝰ. Inſinuatio uero oratio eſt, quę p̄ diſſimulationem, & ueluti per circuitionem, hoc eſt, per ambages quaſdam auditoris animum ſubiens, ipſum ad audiendum præparat. Itaque ſi genus cauſæ honeſtum erit licebit principio uti uel non uti, cum alias auditoris animus tali cauſæ (ut dictum eſt) faueat ac eam lubens audire uelit. Si turpe erit, iam inſinuatione utendum eſt. Si dubium ſiue anceps a beneuolentia principium ſtatuemus,

cauendo interim, nequid turpitudinis pars il la nobis obesse possit. Si humile, antentum auditorem faciemus, sicut in obscuro docilem in admirabili beneuolum, attentum, & docilem.

QVO PACTO AVDITORES beneuoli, attenti & dociles redddantur. Ca. IIII.

SEd & quo pacto omnia ista præstemus, hoc est auditores beneuolos, attentos & dociles reddamus, uidendum deinceps. Beneuolos igitur auditores (ut Cicero in rhetoricis ed Herẽnium id docet) quatuor modis facere possumus, uidelicet aut a nostra, aut ab aduersariorum, aut ab auditorum persona, aut ab ipsis rebus. A nostra persona beneuolentiam (inquit) contrahemus, si nostrum officium sine arrogantia laudabimus, aut si quales in rempub. aut in parentes, aut in amicos, aut in eos ipsos qui audiunt, fuerimus, cum modestia referemus. Ab aduersariorum persona beneuolentiam captabimꝰ, si eos in odium, in inuidiam, in comtemptionem non citra iliorum culpam adducemus.

Ab auditorum persona benevolentia colligetur, si res eorum sine notabili aliqua assentationis suspicione laudabimus. Ab ipsis rebus, si nostram causam laudando extollemus, & adversariorum per contẽptionem deprimemus. Attentos porro auditores habebimus, si pollicebimur nos de rebus magnis, novis, inusitatis verba facturos: aut de his rebus quę ad rẽpub. pertinent, aut ad eos ipsos qui audient, aut ad dei optimi maximi religionem, aut ad pietatem, nos esse dicturos, & si rogabimus, ut attentente audiant, & si numero exponemus res, de quib⁹ dicturi sum⁹, hoc est, si de duabus pluribusve rebus nos dicturos pollicebimur. Dociles tandẽ auditores reddemus, si summã rei breviter exponemus, & si attentos eos faciemus. Nam docilis is est, qui attente vult audire, ut ille ait. Cętera rum hæ tres utilitates tametsi in tota oratione ipsi oratori comparandæ sunt, per exordium tamen id cum primis tentandum.

DE EXORDIORVM VITIIS
Cap. V.

TRACTATVS QVINTVS

IAm etiam de uitiis iis quæ in exordiis cõ tingere solent, breuiter dicamus. Vitia exordiorum hæc sunt, apparatum, uulgare, commune, commutabile, longum, separatum, translatum, & in summa contra præcepta. Apparatum exordium est, quod nimis concinne & splendide cõpositum est. Id eiusmodi est, ut secum adferat suspitionẽ longe ante habitæ præmeditationis. Vulgare est, quod in plures causas potest accommodari. Commune, quod peræque aduersariorũ causæ ac nostræ conuenire posse uidetur. Commutabile est, quod ab aduersario leuiter commutatis uerbis, ad suam causam traduci potest. Longum est, quod pluribus uerbis compositum est, quam causa postulat, hoc est, (ut in rhetoricis de inuentione Cicero docet) qd pluribus uerbis aut ultra q̃ satis est, producitur, & ut Victorinus exponit, nimiis tum uerbis tum sententiis inuolutum est. Separatum est, quod non omni ex parte toti causæ cohæret siue quod non ex ipsa causa ductum est. Translatum est quod non id conficit, qd opus est conficere, ut si aut insinuatione utaris, cum principio opus sit, aut contra: aut si

cum beneuolentiam nobis maxime opus sit captare, nos auditorem attentum facere conemur. Contra præcepta exordium est, quod neque beneuolum, neque attentum, neque docilem reddat auditorem. Hæc hactenus fere ex Trapezũtio. Sit igitur (ut Cicero ad. Herẽnium nos admonet) sermo ad dicendum cõpositus leuis, sit uerborũ usitata consuetudo.

DE NARRATIONE.

Cap. VI.

SEquitur narratio, quæ a Cice. in rhetoricis de inuentione definit, rerum gestarũ aut perinde ac gestarum expositio. A Martiano uero Cappella hoc modo. Narratio rerum gestarum aut uerisimilium expositio, uel sic, ut a Trapezuntio. Narratio est oratio, quę rem gestam, aut perinde ut gestam diligẽter exponit. Huius idem Cicero ad Herennium tria genera facit, unũ quo exponimus rem gestam, & unumquodq; eorum quę narrantur ad nostram utilitatem uincendi causa trahimus, quod genus narrationis quidam ciuile appellant. Alterũ genus narrationis est, quod intercurrit nonnunquã aut fidei, aut crimina

intercurrit nonnunq̄ aut fidei, aut crimina-
tionis, aut transitionis, aut apparationis, uel
laudatiõis causa. Fidei scilicet ut fidem ei rei de
qua loquimur, uel utcunq̄ comparemus.
Criminationis, ut si digrediaris a re ꝓposita,
& ante actam aduersarñ uitam exponas, ut
citius credatur talis esse, qualis accusatus est.
Transitionis, ut commode de una re ad aliam
digressio fiat. Quemadmodum Ouidius li-
bro primo Metamorphoseõ, ubi ait, Inachus
unus abest, ut sic prȩcidẽti fabulę sequentem
apte commodeq̄ coniungeret. Apparationis,
ut qua per amplificationem apprime & exor
nationem fieri solet, qua usus est Virg. in pri
mo Æneï. in descriptiõe apparatus Didonis
erga Troianos. Nã breuibus alioq ꝝbis ea
res ab eodem describi poterat, sed apparatu
usus est amplificationis pariter et exornatiõis
causa. Laudationis, ut cum ad laudandum
quempiam digredimur aliquantisper. quod
narrationis genus digressorium ob id uocant.
Tertium genus est, quod a causa ipsa remotũ
est, in quo tamen exerceri conuenit, quo com
modius illas superiores narrationes tractare
possimus. Eius narrationis duo sunt genera.

Vnum, quod in negotijs positum est, & tres habet partes, Fabulam, Historiam, Argumentum. Fabula est, quę neq; ueras neq; uerisimiles continet res, ut sunt hę fabulę, quę in tragœdijs narrantur. Cuiusmodi etiam fabulæ sunt eæ, quas Ouidius in opere Metamorphoseon describit, & quę ab Æsopo græco authore proditæ sunt. Historia est narratio, quę rẽ gestã, sed ab ętatis nostrę memoria remotam continet, ut Liuij apud latinos, & item Salustij, apud grę cos Thucididis, et Polybij, Argumẽtũ est oratio, quę rem fictã sed uerisimilẽ exponit, idẽ talẽ, quę fieri potest. Velut eę res quę in comœdijs narrãtur. Alterũ genus narrationis est, quod in personis positum est, id habere debet sermonis festiuitatem, animorum dissimilitudinem, grauitatem, leuitatem, & cætera huiusmodi. Festiuitatem quidem sermonis, qualis exempli causa Gnatonis sermo in Eunucho ad Thrasonem apud Terentium. Festiuus enim sermo dicitur, qui lepidus est & iucundus. Animorum dissimilitudinem, ut Mitionis & Demeæ apud eundem Terentium in Adelphis, ut quorum alter durus, alter mitis inducitur.

Grauitatem, qualis apud eundem in Andria ipsius Simonis sermo, quo Sosiam alloquitur & Chremetem. Leuitatem, ut Demænети apud Plautum in Asinaria, qui una cum filio inter scorta uersabatur.

DE TRIBVS NARRATIONIS uirtutibus siue laudibus.

Cap. VII

NArrationis præterea tres uirtutes ac laudes habentur, ut sit lucida, ut sit breuis, ut sit uerisimilis, quibus quidem uirtutibus si careat narratio, uitiosa omnino censetur. Lucida est narratio, si non sit confusa, si uera, si rem usitatis uerbis & non longo uerborum circuitu demonstrat, hoc est, ut Cicero tradit ad Herennium, si ut quicquid primum gestum est, ita primum exponimus, & rerum & temporum ordinem seruamus. Breuis est si inde narrare incipimus, unde necesse est, & si non ab ultimo initio, hoc est (ut ille dixit) non ab ouo repetimus quæ dicturi sumus, & si summatim, & non particulatim narramus, & si non ad extremum usq; sed eousq; tantum quousq; opus est, prosequamur, & si nullis

ũtimur tranſitionibus, & ſi non a ſcopo (quod dici ſolet) deerramus, & ſi rerum exitus ita ponimus, ut quæ ante quoque facta ſunt, ſciri poſſint, tametſi ipſi reticeamus, & ne bis aut ſępius idem dicamus. Quod genus narrationis eſt ut idem Cicero tradit, ſi dicas. Athenis Megarã ueſperi aduenit Simo. Vbi aduenit Megaram, inſidias fecit uirgini. Inſidias poſtquam fecit, uim in loco attulit. Verisimilis eſt narratio, ſi ut mos hominum, ut opinio, ut natura poſtulat, dicimus, ſi temporum ſpacia, perſonarum dignitates, id eſt, ut queque perſona digna eſt, ſi conſiliorum rationes, ſi locorum oportunitates conſtant, ita ut ne refelli quidem ab aduerſario poſſit, aut temporis parum fuiſſe, aut cauſam, rationem ue nullam fuiſſe, aut locum idoneum nõ fuiſſe, aut homines facere aut pati non potuiſſe. Quæ omnia, etiam ſi res uera eſt, quæ narratur, conſeruanda nihilo minus ſunt. Nam ſępe ueritas, niſi hæ circumſtantiæ ſeruentur, finem facere non poteſt. Sin ficta uel uerisimilis tantum res fuerit, eo magis conſeruanda ſunt.

TRACTATVS QVINTVS
DE DIVISIONE QVAM TER-
tiam quadam orationis partem faciunt.

Cap. VIII.

DIuiſio eſt (ut ea quoque a Cicerone ad Herennium definitur) per quam aperimus, quid cum aduerſarijs nobis conueniat, & quid in controuerſia ſit, & quibus de rebus dicturi ſumus. Hanc quidem orationis partem ipſe Cicero in rhetoricis de inuentione, & cęteri fere omnes partionem appellant, quam & huiuſmodi eſſe dicunt, ut per eam tota oratio illuſtris & perſpicua reddatur. Quod & Quintilianus libro quarto operis ſui de oratoria inſtitutione, his uerbis confirmat. Partitione (inquiens) quæ aut noſtrarum, aut aduerſarij propoſitionum enumeratio quædam eſt, quidam utendum ſemper putant, quod et ea ipſa fiat cauſa lucidior, & iudex attentior atque docilior, ſi ſcierit, & de quo dicimus, & de quo dicturi poſtea ſumus. Et paulo poſt ſubdit. Hæc (inquiens) naturã ducẽ ſequitur, adeo ut memorię id maximũ ſit auxiliũ dicendi uia nõ decedere. Hęc oſtẽdit atq; ꝓponit, quid ſit de quo cõueniat

quid de quo ambigatur, in eo quod conue-
nit, quid aduersarius fateatur, quid nos. At-
que ideo hanc nonnulli inter partes oratio-
nis recensentes propositionem uocant.

DE PARTIBVS DIVI-
sionis
Cap. IX.

EX ijs quæ dicta sunt hactenus
de diuisione, haud difficile est col
ligere, duas eius esse partas, quas
rum Trapezuntius alteram se-
iunctionem, alteram distributionem appel-
lat. Quas & deinde definit hoc modo. Seiun-
ctio est, per quam sic exponimus, quid no-
cum aduersarijs conueniat, ut quid in contro
uersia sit, seiungatur. Eandem Cicero in rhe-
toricis de inuentione ita definit uerbis prope
eisdem, quibus & Trapezuntius. Vna (in-
quiens) partitionis pars est, que quid cum ad-
uersarijs nobis conueniat, & quid in contro-
uersia relinquatur, ostendit, ex qua certum
quiddam destinatur auditori, in quo animū
suum debeat habere occupatum, hoc modo.
Interfectam esse matrem ab Horeste conue-
nit mihi cum aduersario, iure ne fecerit, & ei

licuerit facere, id in controuersia est. Distri-
butio quæ altera diuisionis pars posita est,
ea est, qua rerum earum, de quibus dicturi
sumus, distributa ponitur expositio, ex qua
conficitur, ut certas animo res teneat auditor.
Hanc deinde in duas partes secant in expositi-
onem & commemorationem. Expositio est,
cum res de quibus dicturi sumus, breuiter
exponimus, quod fit uno uel altero uerbo.
Vt si dicam. In hac causa iudices de parrici-
dio mihi agendum est, simulque dicam eum,
quem tueor reum, non talem esse, ut credibi-
le sit eum commisisse homicidium, deinde
nec causam illi fuisse occidendi, nec ipsum
eo tempore adfuisse, quo occisus est alter.
Enumeratio est, qua numero exponimus,
quot de rebus dicturi sumus, id est cum res
singulas ex ordine enumeramus, id quod Ci-
cero fecit in oratione pro Pompeio magno,
in qua tripartita enumeratione usus ita pro-
ponit. Primum mihi dicendum uidetur de ge-
nere belli, deinde de magnitudine, tum de
imperatore deligendo. Ac deinde quoque
per enumerationem exponit, quot res im-
perator habere debeat. Ego enim (inquiens)

ſic ëxiſtimo in ſummo imperatore quatuor has res ineſſe oportere, ſcientiam rei militaris, uirtutem animi, authoritatem et fœlicitatem. In ſeparatione illud inſuper obſeruandum, ut ea ſolum quę nobis ad cauſam noſtram utilia ſunt, dicamus. Nam quæ obeſſe poſſunt, aut nihil iuuant, non hic ſolum, ſed per totam orationem prætermittenda ſunt. Sed nunc ad cõfirmationem ueniamus.

DE CONFIRMATIONE QVID ſit, tum & de ſpeciebus argumentationis, ut in quas ipſa diuiditur.

Cap. X.

DEinceps autem quid ſit confirmatio dicamus. Hæc a Cicerone ad Herennium ita definitur. Confirmatio eſt noſtrorum argumentorum expoſitio cum aſſeueratione. Trapezuntius eam ſic definit, ſed in eundem ſenſum, Cõfirmatio eſt oratio, per quã noſtras argumẽtationis cum aſſeueratione exponimus. Cum aſſeueraratione uterq; ait, hoc eſt cum inſtantia quadam & uocis uultusq; actione. Quæ (ut Quintilianus libro undecimo oratoriæ

institutionis tradit) tantam uim habet inter ipsa argumenta, ut interim plus ipsis probationibus ualeat, unde idem alibi ait. Altera ex assueritione probatio est, imo & quorundã probatio in sola fita est assueratione & perseuerantia. Vt si quis ita dicat. Ego hoc feci. Tu hoc mihi dixisti, & o facinus indignum, & talia. Sed & confirmationem ipsam alibi Cicero ad hunc modum definit. Confirmatio est, per quam argumentando nostrę causę fidem, authoritatem, & firmamentum adiungit oratio, Hic in hoc quod dicit argumentãdo seperat confirmationem a narratione. Nãet ipsa narratio facit fidem, sed non argumentando. Itaqꝫ proprium confirmationis est (ut uult Victorinus hunc locum exponens) argumentando facere fidem. Quid autem sit fides, quid authoritas, & quid firmamentum idem Victorinus deinde subiungit atque exponit. Fides est (inquiens) argumẽtum, quo obiectum crimen probamus. Authoritas uerius et honestius est argumentum et cui quasi necesse quis ab accusatore habeat credi. Firmamentum est argumentatio tum firmissima, tum creberrima, & quæ (ut ad Herennia-

ium Cicero tradit) contra rationem defenſoris ab accuſatore affertur hoc modo. Cũ uſus fuerit Oreſtes hac ratione, quod iure occiderit matrem, quia illa patrem meum occiderat tum accuſator firmamento utitur hoc modo. Sed non abs te occidi, neque indemnatam pœnas pendere oportuit. Itaque cum confirmatio ipſa, ſicut & confutatio non peragatur, niſi argumentatione, adeo ut in his duabus partibus, confirmatione (inquam) & confutatione idem Cicero ad Herrennium dicat totam ſpem uincendi & rationem perſuadendi poſitam eſſe, de argumentatione ſimul & de argumentis nonnulla quę ſupra de his dicta ſunt, breuiter hic repetenda ueniunt, et quędam ex his paulo altius latiuſque tractanda. Quid ſit autem tam argumentatio quam argumẽtum, iam alias a nobis expoſitum eſt. Sed nunc quemadmodum Cicero in rhetoricis de inuentione argumentationẽ diſtribuat in inductionẽ & ratiocinationem, ac utranq; partem poſtea definiat, quãta poterimus breuitate ſubiungamus.

DE INDVCTIONE.

Cap. XI.

TRACTATVS QVINTVS

INductio (ut idem Cicero loco proxime allegato definit, & post hunc Chirius Fortunatianus) oratio est, quæ rebus non dubiis captat assensionem eius, qui cum constituta est: cuius etiam ea uis est, ut assensione illa fiat, ut ei cum quo instituta huiusmodi fuit argumentatio, dubia quædam res propter similitudinem earum rerum, quibus ille assensit, probetur. Huius quidem exemplum mox subijciemus, ubi prius exposuerimꝰ, ꝙt in hoc gñe argumentationis nobis spectanda obseruandaq; sint. Hęc autem tria sunt, ut & Victori. hunc locũ enarrans, ea ex Cice. sentẽtia enumerat ac colligit, primũ ut illud ꝙd inducimus per similitudinẽ, eiusmodi sit, ut necesse sit concedi, hoc est ut tales similitudines proponamus, ut eis fit necesse assentiri. Nam illud dubiũ esse non debet, per ꝙd alteri fidẽ facere uolumus. Deinde uidendum est, ut illud cuius confirmandi causa fit inductio, simile his rebus sit, quas res quasi non dubias ante induxerimꝰ. Siquidem nihil egerit propositio, si illud dissimile est, cuius causa illas similitudines proposuimus. Tertio, ut nemo intelligat, quorsum spectent primæ illæ

inductiones, hoc est similitudinũ propositi-
ones, & ad quem sint exitum peruenturæ, ne
cum quispiam intellexerit se ex confessione
propositionis, etiam illi rei fidem facere, quã
negauit: aut non respondeat, aut male respon
deat. Si autem nesciat, quo tẽdat similitudinis
propositio, iam securus eã confitebitur. Qua
confessione facta, etiam illud quod ante ne-
gabat, uelit, nolit, concedat necesse est, At-
que ita demum concludenda est argumenta-
tio. Iam si ab aduersario negetur, tũ aut ostẽ-
denda atque probanda est similitudo illarum
rerum, quę ante cõcessę sunt, aut alia utendũ
est inductione. Si uero taceatur, tunc aut eli-
cienda est responsio, aut quoniam taciturni-
tas imitatur confessionem, pro eo ac si con-
cessum sit, concludere oportebit argumenta-
tionem. Nunc ad exemplum ueniamus, quod
ex Quintiliano potius quam ex Cicerone in
hunc locum traducere uoluimus, quod bre-
uius sit, & intelligentię magis obuium, estq;
huiusmodi. Quod est Pomum generosissi-
mum? Nonne quod optimum, cõcederetur?
Quis equus generosissimus? Nonne & hic
qui optimus, concederetur? Deinde cuius

rei gratia rogatus is, cum quo disputatio agi
tur. Quid? homo nonne is generosissimus
qui optimus? fatebitur plane. Nam & hoc
propositum, probandum erat. Haud dissimi
li profecto argumentandi forma Iuuena. uti
tur satyra octaua, per quã inibi ostẽdere uult,
cui homini nobilitas uere cõtingat, hoc mo=
do.

Dic mihi Teucrorum proles, animalia muta
Quis gñosa putet, nisi fortia? nẽpe uolucrẽ,
Sic laudamus equũ, facili cui plurima palmà
Feruet, & exultat rauco uictoria circo;
Nobilis hic, q̃cunq; uenit de gramine, cuius
Clara fuga añ alios, et primis in q̃re puluis.
Vnde demum concludit de homine ob pa=
rentũ suorum benefacta nobilitatẽ iactãte.
Malo pater tibi sit Thersites, dũmodo tu sis,
Æacidę similis, uulcaniaq; arma capessas
Quam te Therſitę similẽ producat Achilles.
Sane sciendum hic quod inductio quæ a Ci=
cerone definitur, ea a Dialecticis apud lati=
nos exemplum appellatur, apud græcos παρά=
δειγμα. Quo nomine Quintilianus ait &
generaliter usi sunt scriptores artium in omi=
um similium appositione, & specialiter in iis,

qüç rerum geſtarum authoritate nituntur. Hinc illud eſt in ſacro euangelio apud Ioannem, ubi Chriſtum inducit de ſe loquentem ad diſcipulos ſuos. Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci, & uos faciatis. Sane inter authores latinos, qui huiuſcemodi exempla memorię prodiderint, præcipuus habetur Valerius maximus, idq; plane ex profeſſo.

DE RATIOCINATIONE SIVE ſyllogiſmo, & quibus ex partibus conſtet. Cap. XII.

RAtiocinatio eſt (ut ab eodem Cicerone definitur) oratio, quæ ex ipſa re probabile aliquid elicit, quod expoſitum & per ſe cognitum ſua ſe ui & ratione confirmet. In qua quidem definitione Victorinus ait quædam eſſe communia ratiocinationi cum inductione, quædam ipſi ratiocinationi propria. Nam quod ait oratio ex ipſa re aliquid probabile eliciens, tam inductionis eſt q̃ ratiocinationis. Ex ipſa re (inquam) hoc eſt ex re ad probandum propoſita, uel (ut quibuſdam placet) ex ea propoſitione quæ uulgo maiora

dialecticis appellatur. Vt si actio instituta sit aduersus aliquem de homicidio perpetrato, & ailus quispiam huius homicidij accusetur, tum si in hac actione aduersus reum ita proponatur. Quisquis alicuius occisi inimicus fuit, uerisimile est huncillum occidisse. Hic iam nisi is aduersus quem actio homicidij instituta est, fateatur se inimicum eius (quem occidisse accusatur) fuisse, non erit aliquid probabile, hoc est argumentum, quod per se cognitum &c. Ergo si inimicus fuit, occidisse conuincitur. Atq; id quidem est, per quod ratiocinatio ab inductione distinguitur, ut quod proprium est ratiocinationi. Si quidē inductio non in se ipsa continet q̊d p̄ se cognoscitur, neq; sua se ui, & ratione cōfirmat, sed ut fidem faciat rei probandæ, similitudines ante adducte extrinsecus p̄cedunt. Recte igitur (Victorinus inqt) ratiocinatio definita est oratio quæ ex confesso argumentum continens, non similitudine aliunde adducta, sed per se cognoscitur, et sua se ui & ratione confirmat.

DE PARTIBVS RATIOCINAtionis. XIII.

HVius quidem argumentationis (idem inquit Cicero) alĩ partes quinq; esse dixerunt, alĩ non plures quam tres. Qui in quinque partes eam distribui oportere putant, aiunt primum conuenire exponere sum mam ipsius argumentationis, hoc est, quam uulgo appellant maiorem propositionẽ hoc modo. Melius accurantur ea, quæ consilio & ratione reguntur, quam que sine consilio administrantur. Hanc primam partem nume rant, quam deinceps uarijs & copiosissimis uerbis approbari putant, hoc modo. Domus ea, quæ ratione & consilio regitur, omnibus est constructior rebus & apparatior, quam ea quæ temere & nullo consilio administra tur. Exercitus quoq; is omnibus partibus commodius regitur, cui præpositus est sapi ens & callidus imperator, quam is qui stul titia & temeritate alicuius regitur. Eadem na uigĩ ratio est. Nam nauis optime cursum con ficit ea, quæ scientissimo gubernatore utitur. Hic cum iam propositio sit hoc pacto appro bata, & duæ partes ratiocinationis transierint, tertia in parte aiũt quod ostendere uelis, id ex ui propositionis oportere assumere, hoc pa

ctо, Nihil autem accuratius ac melius admi-
niſtratur, quam mundus. Huius deinde aſ-
ſumptionis quarto in loco aliam porro ad-
ducunt approbationem, hoc modo. Nam &
ſignorum ortus & obitus definitum quen-
dam ordinem ſeruant, & annuæ commutati-
ones non modo quadam neceſſitate ſemper
eodem modo fiunt, uerum ad utilitates rerũ
quoq; omnium ſunt accommodatæ, & diur-
næ nocturnæq; uiciſſitudines nulla in re un-
q̃ mutatæ nocuerunt quicq̃. Quæ omnia ſig
no atq; argumento ſunt, non mediocri quo-
dam conſilio mundi naturam adminiſtrari.
Poſtremo deinde loco inducunt complexio-
nem eam, quæ id infert ſolum, quod ex omni
bus partibus cogitur, & colligitur hoc eſt cõ
cluditur hoc modo. Conſilio igitur & rati-
one mundus adminiſtratur. Atq; hoc pacto
quinq; partitam illi ſtatuunt huiuſmodi argu
mentationem. Qui autem tripartitam eſſe di-
cunt, hi & ſi non aliter putant argumentatio-
nem tractare oportere, partitionem tamen ali
orum reprehendunt. Quippe qui dicãt a pro
poſitione & aſſumptione, quæ duæ principa
les ſunt rationis partes, approbationes illa-

rum non ut partes, ſed ut appendices, non eſſe ſeparandas, ut ſine quibus neq; propoſitio abſoluta, neq; aſſumptio perfecta uideatur. Deinde illis duabus partibus, propoſitioni inquam & aſſumptioni complexionem, ſiue collectionem, ſiue concluſionem, ut tertiam partem adiungunt. Hactenus hæc quidem ex Cicerone in rhetoricis de inuentione deſumpta fere ſunt de ratiocinatione eiuſq; partibus. Cæterum præter inductionem & ratiocinationem aliæ quædam ſunt argumentationis ſpecies, ut Entymema, Epicherema, et Exemplum, ſed inter has ut Enthymema, & Epicherema ſub ratiocinatione, ita exemplum ſub inductione compræhendi poſſunt. Porro inductio quæ proprie a dialecticis appellatur, magis ipſis philoſophis quam oratoribus uſui eſt.

DE ARGVMENTIS, ET EORum ſiue generibus ſiue differentijs.

Cap. XIIII.

ARgumentorum genera duo ſunt, ut quam breuiſſime ea complectar, de quibus Martianus Capella & Chirius Fortunatianus, alterum artifici

ale, alterum inartificiale. Sed artificiale argumentorum genus partes habet principales quatuor. Ante rem, In re, Circa rem, & post rem. Ante rem diuiditur in locos septem, qui sunt a persona, a re, a causa, a tempore, a loco, a modo a materia. A persona quidem, ut cũ uidendum est, qualis fuerit eius, qui accusatus est, ante acta uita. A re, ut si ei rei perpetrandæ, qua quis accusatus est, ulla de eo fuerit suspitio. A causa, ut est amor, ira, odium, auaritia, & petulantia. A tempore, ut quod æstate quam hyeme quippiam, noctu quam interdiu, in bello quã in pace citius factũ credatur, aut secus. A loco, ut quod sit montanus uel planus, frequens uel desertus, propinquus uel remotus, consilijs oportunus uel aduersus. A modo, ut cum quæritur an hoc uel illo modo commodius fieri potuerit. A materia, ut qua res facili⁹ cõfici possit, ut fuste gladio, laqueo, ueneno. In re autem loci sunt octo, a toto, a parte, a genere, a specie, a differẽtia, a ꝓprio, a diffinitiõe, a nominis interꝓtatiõe, quẽ ꝙdẽ locũ Aristotiles ab Etymologia uocat. Sed hi a dialecticis poti⁹ petant.

Sunt alij prærerea huiꝰ generis loci, sed quos breuitatis studio in præsentia omitto, quos qui cupiat omnino cognoscere, is Martianũ Capellam adeat, et Chirium Fortunatianum & cæteros huius artis scriptores. Circa rem loci sunt decem, a Similibus, a paribus, a Cõtrarijs, ab eo quod est ad aliquid, ab interse collidentibus per habitionẽ et amissionem. A maiore ad minus, a minore ad maius, a præcedenti, ab eo quod est simul, siue a coniunctis, a consequentibus. Et hic quoqꝫ dialectici consulendi sunt. Post rem loci sunt duo, ab Euẽtu & a Iudicato. Ab euẽtu hoc est ab effectu. Nam sic quidã hũc locum interpretãtur. A Iudicato locus rursus in quinqꝫ subdiuidi tur locos, cum aut omnium hominum iudicio nitimur, aut plurium, aut optimorum, aut eminentium ex his, aut eorum, qui in una quaqꝫ re siue arte siue scientia uersati sunt. Inartificiale deinde argumentorum genus diuiditur in præiudicia, in rumores, in tormenta, in tabulas, in Iusiurandum, in testes, de quibus libro siue tractatu tertio dictum est a nobis. Quæ tamen omnia si quis exactius nosce cupiat, is ad magnos illos huius artis

scriptores sese conferat, quos consulat potius & ex his Ciceronem in primis, & post hunc Quintilianum, ut apud quos latissimi campi patebunt, in quos si quis ingressus fuerit, & in ipsis spaciari libeat, omnia illa copiosissime coligere poterit.

DE CONFVTATIONE.

Cap. XV.

COnfutationem Cicero ad Herennium definit hoc modo. Confutatio est contrariorum locorum dissolutio, locorum ait hoc est tũ argumentationum tum argumentorum. Eandem idem in rhetoricis de inuentione sub nomine repræhensionis hoc modo definit. Repræhensio est perquam argumentando aduersariorum confirmatio, aut diluitur, aut infirmatur, aut alleuiatur, hoc est (ut Victorinus hunc locum exponens ait) aut tollitur omnino quod aduersarius proposuit, aut infirmatur, aut leuius redditur. Sane hanc partem idẽ Cice. mox inibi subiungẽs dicit eodem uti inuentionis fonte, quo confirmatio

utitur, propterea quod quibus ex locis ali-
qua res confirmari potest, ijsdem potest ex lo-
cis infirmari. Cui quidem Ciceronis senten-
tiæ Quintilianus plane accedit astipulaturq; his uerbis de refutatione (quam ipse uocat) lib. quinto loquens. Necq; uero ex alijs locis ratio argumẽtorum in hac parte peti potest, quam in confirmatione. Nec locorum, aut sententiarum, aut uerborum, aut figurarum alia conditio est. Affectus plerunq; hæc pars mitiores habet. Vnde & idem mox subdit Ciceronis uerbis. Non sine causa tamen sem-
per est creditum difficilius esse defendere, q; accusare. Primum, quod res illa, hoc est accu satio simplicior est. Proponitur enim uno modo, uarie dissoluitur: cum accusatori satis sit plerunq; uerum esse in quod obiecerit, q̃d patronus neget, transferat, accuset, depræce-
tur, molliat, minuat, auertat, despiciat, deride-
at. Quare patroni clamosa fere et indirecta est actio. Hinc mille flexus & artes desiderantur. Tum accusator præmeditata pleraq; e domo affert, patronus etiam inopinatus frequenter occurrit. Accusator præterea a criminum in-
uidia, & si falsa sunt, materiam dicendi trahit,

de parricidio, de sacrilegio, de lesa maiestate, quę patrono tantum neganda sunt. Ideoq; accusationibus etiam mediocres in dicendo sufficerunt. Bonus defensor nemo, nisi qui eloquentissimus fuit. Nam (ut semel (inquit) finiam quod sentio) tanto est accusare quam defendere, quanto facere quam sanare uulnera facilius. Hæc ille Cæterum quibus modis aut infirmari, aut omnino dilui possit aduersariorum confirmatio, deinceps dicamus. Omnis (inquit ille) argumentatio reprehenditur, si aut ex his quę sumpta sunt, non conceditur aliquod unum pluraue: aut his concessis, complexio hoc est conclusio ex his confici negatur: aut si genus ipsum argumentationis uitiosum ostenditur: aut si contra firmam argumentationem, alia ęquæ firma, aut firmior ponitur. Quæ eadem fere omnia alijs tantum uerbis Mart. Capella ita tradit. Reprehẽditᵉ (inquit) actio aduersarij aut redarguendo, cũ aut totã argumẽtationẽ, aut partes eius cõtra facere monstramꝰ aut repugnãdo, cum docemus falsa esse pro ueris assumpta, uel ex his nihil offici: aut compensando si contra argumentum, quod aduersarius nobis proposuit,

aliud opponamus. Cæterum de hac oratio-
nis parte, quæ reliqua fortassis dicenda forēt,
commodius fuerit grauiores huius artis scrip
tores consulere, ac ab illis petere, quam hic lō
gius immorari. Vnde ad perorationem hinc
transeamus.

DE PERORATIONE AC partibus eius.

Cap. XVI.

SEquitur ultima orationis pars, quam alij epilogum, alij perora-
tionem, alij conclusionem, ut Quintilianus ait, & cumulum uo
cant. Hanc Cicero ad Herennium ita definit sub nomine conclusionis. Conclusio est artificiosus orationis terminus, & in rhetoricis de inuentione. Conclusio est exitus & terminatio orationis. Hanc Quintilianus libro sexto institutionis oratoriæ positam esse dicit aut in rebus, aut in affectibus. In rebus quidem, quatenus per rerum enarrationem, memoria auditorum & in primis ipsius iudicis reficitur, & tota causa uelut ante oculos ponitur: unde & repetitio a quibusdam, & aggregatio, & renumeratio, & a græcis

ἀνακεφάλαίωσις dicitur, quę etiam ſi (ut idem author dicere pergit) per ſingula minus mouerit, turba tamen ualet. In hac autem, quæ repetemus (inquit) quam breuiſſime dicenda ſunt, & (quod græco uerbo patet) decurrendum per capita eſt. Ne ſi moremur, non iam renumeratio, ſed altera quaſi fiat oratio. In affectibus autem, ut per quos moueatur auditor, ut lubens ſequatur ad quod ipſum hortamur, & faciat id quod perſuadere conamur. Id quod tum maxime fit, cum per amplificationem utimur tum conqueſtione, tũ indignatione. Cæterum affectus concitare, eiſdemq; uti tam accuſatori quam patrono fere commune eſt, ſed huic rarius, illi ſæpius uti licet. Nam accuſatori concitare iudicem, patrono flectere conuenit. Sed & accuſator interim lachrimas habet ex miſeratione eius rei quam ulſciſcitur: patronus de indignitate calumniæ uehemẽtius interim conqueritur. eſt igitur utriq; cõmune conciliare ſibi iudicem, auertere ipſum ab aduerſario, cõcitare affectus & componere. Hucuſq; ex Quintiliano hæc fere de peroratione, nũc quemadmodum diuidatur uidendum. Eam Cice. in rhe-

toricis de inuentione tres partes habere dicit, Enumerationem, Indignationē. Conqueſtionem, quas deinde partes eodem quo poſitæ ſunt ordine definit. Enumeratio (inquit) eſt, per quam res diſperſe & diffuſe dictæ unum in locū coguntur, & reminiſcēdi cauſa unum ueluti ſub aſpectū ſubiiciūt. In qua parte hoc commune ab ipſo Ciçerone præceptum datur, ut ex ſingulis argumētationibus (quoniam ſimul omnes iterum dici non poſſunt) id eligatur quod erit grauiſſimū, et unumqd'q; quam breuiſſime tranſeatur, ut memoria non oratio renouata uideatur. Indignatio eſt per quam conficitur, ut in aliquem hominem ingens odium, aut in rem grauis offenſio concitetur. In hoc quidem genere illud primum intelligi uolumus (idem author ait) poſſe omnibus ex locis his, quos in cōfirmandi preceptione poſuimus, tractari inidignationem. Omnibus (inquit ille) ex locis, intellige tum tam iis qui perſonæ, quam iis qui rei ſiue negotio & cauſæ attribuuntur. Habent alioqui ſingulæ hæ perorationis partes & proprios & communes locos, quos ex ipſo Ciçerone in rhetoricis de inuentione copioſiſſi-

me quis colligere poterit, eosdēq; clarissime intelligere. Conquestio est oratio auditorum misericordiam captās. In hac parte Cice. præcipit ac docet ante omnia animum auditoris oportere efficere mitem et misericordem, quo facilius conquestione ipsa commoueri auditor possit. Id ex his (inquit) fieri poterit, per quos uis fortunę in omnes, & infirmitas hominum ostenditur. At hæc hactenus de peroratione partim ex Fabio Quintiliano partim ex Cicerone exposita, ad præsens sufficiant. Veruntamen illud ex Victorino hic nūc addamus, quod sicut indignatio propria uelluti est accusatoris, ut iram in reum suscitet ita conquestio propria est defensoris ut in reum suscitet & prouocet miserationē. Quin et hoc ex Marti. Capel. insuper addamus, quod peroratione non tantum in fine orationis, ubi tamen proprium locum tenet, sed ubi materia permiserit, in exordijs & narratione per digressionem uti possumus.

Finit Tractatus Quintus.

INCIPIT SEXTVS.

INTRACTATVM SEXTVM de his quæ ad ornatum & ſplendorem orationis faciunt, prefatio.

QVanctꝫ tractatu quarto uideri poſſumus de Elocutione tertia huius artis parte, atqꝫ eius quoqꝫ partibus ſatis ſufficienterqꝫ ea expoſuiſſe, quæ ad eam ipſam partem faciunt, idqꝫ pro modulo inſtitutionis noſtræ quemadmodum ab initio plane inſtituimus, uidelicet ut de elocutione ꝙ breuiſſime quæ dicenda uidebantur, tranſigerem abſolueremqꝫ, quod uiderem preter priſcos illos rhetores atqꝫ ueteres huius artis ſcriptores, ex recentioribus quoſdam tanta diligentia & tam accurate de hac artis parte eiuſqꝫ præceptis ſcripſiſſe, ut pene pro ſuperfluo haberi poſſit, quicquid poſtea ab alijs adijciatur, aut poſt illos de ea ſcribatur. Inter quos tam priſcos illos quam

recentiores nemo meo quidem iudicio, accuratius, exactius, distinctius Philippo Melanchthone, præsertim de ornamentis orationis hoc præstitisse uidetur, Proinde ipsum hac in parte maxime post Ciceronem & Quintilianum proponere mihi ac sequi in animo habeo. Tamen est ratio aliqua quę me plane mouet ac efficit, cur præter institutum in hanc partem latius expatiari uelim, ac eā quodammodō de integro repetere, ut quę de hac parte tractanda superſunt, commodius prosequi queam.

QVIBVS IN REBVS ELOcutio uersetur.

Cap. I.

ITaq; cum elocutio superius a nobis definita sit iuxta Cice. sententiam, idoneorum uerborum & sententiarum ad inuentionem accommodatio, simulq; eodem in loco dictū sit ipsam in duabus consistere partibus, in uerbis & sententijs, non alienū uidebitur ab hoc nostro instituto, id quēadmodū sese habeat latius ostēdere & declarare. Quod quidē non alia ratione rectius tētandū uidetur, q; si dixerimus iuxta eiusdem Cic. ad Heren. traditio-

nem, quibus in generibus, hoc est in figuris siue characteribus (ut græci loquuntur) ois oratoria elocutio consistat ac deinde quas res habere debeat. Dicimus ergo sed ipsius Ciceronis uerbis, tria esse genera siue figuras, in quibus omnis oratio non uitiosa consumitur, unam grauem, quæ & sublimis, & grandis dicitur alteram mediocrem tertiam attenuatam siue tenuem. Grauem idem deinde definit eam, quæ constat ex uerborum grauium ampla & ornata constructione. Grauium (inquit) hoc est magnorum, ut eorum quæ res magnas significant cuiusmodi uerba sententiæ requirunt, quæ & ipsæ in hoc genere graues esse debent. Huic ex aduerso opponitur attenuata siue tenuis figura, ut quæ tam uerbis q̃ sententijs usq; ad usitatissimam puri sermonis consuetudinem demissa est. Mediocris porro ea est, quæ ut graui quidem illa & sublimi ac grandi figura humilior existit, ita attenuata siue tenui grandior est & sublimior.

DE DISCRIMINE HARVM figurarum inter se per exempla. Cap. II.

TRACTATVS SEXTVS

SAne de his tribus elocutionis figuris siue characteribus quidam tale ferunt iudicium, simulet discrimen, inter ipsas, ut dicant graui illa & grandi figura Virgil. usum esse in Æneide, Mediocri in Georgicis, Tenui atq; attenuata in Bucolicis. Vnde etiam Melibœus alter ex collocutoribus in ipso statim primæ eglogæ principio a Vergilio inducitur ad Tityrum ita loquens.

Tityre tu patule recubans sub tegmine fagi
Siluestrem tenui musam meditaris auena.

Nec minus & ipsum Ciceronem non ubiq; in suis operibus eadem usum esse orationis figura. Quippe qui in familiaribus epistolis attenuata propemodum & humili figura usus esse putetur, mediocri in plerisq; orationibus: qua etiam ipsi historici fere usi sunt quanquam de Salustio non idem omnibus est iudicium. Graui autem & sublimi in his libris, in quibus de rebus philosophicis, & in his cum primis, in quibus de rebus diuinis suo more agit. Qua etiam dicendi figura seu phrasi non pauci ex theologis præsertim priscis illis tam græci quam latini usi sunt, & inter philosophos præ cæteris Pla-

to. Quippe quod hæc figura crebrioribus tũ metaphoris, tum amplificationibus constet, quæ certe plurimum ad ornatum & splendorem orationis faciunt.

DE VITIIS HARVM TRIVM figurarum ex eodem Cicerone ad Herennium, et quot res perfecta elocutio habere debeat.

Cap. III.

SEd et de uitijs illarum trium figurarum ex eodem authore quę dicenda uidentur, prosequamur. Sicut enim corporis (inquit ille) bonam habitudinem tumor sæpe imitatur inde licet deturpetur corpus hoc ipso non nihil & dehonestetur, attamen ab imperitis iudicatur nihilominꝰ bona esse habitudo, ita grauis & sublimis oratio sępe ab imperitis uidetur ea quæ turget & inflata est. Id qđ hoc euenit uitio, cum aut nouis, aut nimium priscis uerbis, aut duriter aliunde translatis aliquid dicitur. Mediocris deinde figuræ uitium esse idem ait, quod dissolutum appellatur & fluctuans, ut quæ perfectę & probe structę orationis nullam retinet rationẽ. Quippe quę dum humilem fugit, nimium ascendit, dum

tumidam uitat & inflatam, descendit. Quod orationis genus (ait) sine neruis est & articulis, translatione sumpta a corpore, quod neruis & articulis caret: ut fluctuans tale corpus & dissolutum iure appelletur. Attenuatæ postremo figuræ uitium illi (inquit) committere solent, qui in illa facetissima uerborũ attenuatione commode uersari non possunt, unde & hi tandem ad aridũ & exangue quoddam genus orationis ueniunt, quod non alienum fuerit (ut idem Cicero ait) exile nominari. Expositus hucusq; tribus illis dicẽdi generibus siue figuris, ac totidem, quæ illis opponuntur, uitijs, dicendum deinceps, quas res perfecta elocutio habere debeat, idq; ex ipso Cicerone ad Herennium. Tres res (inquit ille) perfecta elocutio habere debet, Elegantiam Compositionem, & Dignitatem.

DE ELEGANTIA ET DVABVS EIVS PARTIBVS LATINITATE ET EXPLANATIONE,

Cap. IIII.

Legantia est, quæ facit, ut unumquodq; uerbum pure & aperte dici uideatur. Hæc diuiditur in

latinitatem & explanationem. Latinitas est, quæ sermonem seruat purum ab omni uitio remotum. Hanc alij (inter quos cum primis Diomedes grammaticus) ita definiunt, sed in eundem plane sensum. Latinitas est incorrupta loquendi obseruatio secundum romanam linguam. Quam deinde idem Diomedes dicit authoritate Varronis constare ex quatuor, Natura, Annalogia, Consuetudine, Authoritate. Hic Quintilianus paulo aliter libro primo institutionis oratoriæ, ut qui quatuor quoq; partibus (ut Diomedes) latinum sermonem constare dicit, sed non eisdem omnino uidelicet his Ratione, Vetustate, Authoritate, & Consuetudine, subijciens mox quodam modo ipsi rationi Analogiam & Etymologiam, quarum hanc nempe Etymologiam eam esse dicit, quæ uerborum originem inquirat, quam & Cicero (inquit) notationē uocat, ex recentioribus quibusdam ueriloquium, iuxta nominis, græci interpretationem. Illam hoc est Analogiam uocari ait proportionem, uocabulo uidelicet ipso ex græco proxime in latinum translato. Cuius hanc uim esse dicit, ut id quod dubium est, ad aliquid si-

mile, de quo non quæritur, referat, ut incerta certi probet. Quod duplici efficitur uia, ut idem de ea ipsa prosequitur, comparatione & diminutione. Comparatione quidem similiū in extremis maxime syllabis, ut qua aut genus in nominibus deprehenditur, aut declinatio. Diminutiõe uero, qua genus tantummõ detegit̃, ut funem masculini generis esse dicamus, quoniã funiculs dicit̃ gñe masculino. Sed hęc ab illo lati⁹ petant̃. Qui tñ interim nos meminisse uult analogię rationẽ nõ per omnia duci posse, ita ut ipsam analogiam nulla fecerit alia res q̃ꝫ consuetudo. Vnde tandem concludit. Quare mihi (inquiens) non inuenuste dici uidetur, aliud esse latine, aliud grammatice loqui. Qua de causa, & illud hic nos addamus, ut planius percipiantur uerba Quintiliani, ac dicamus quod latine loqui nihil aliud est, q̃ꝫ in loquendo uti uerbis romanis propríjs & incorruptis, etiam non adhibita grammatice ratione. Quando hęc postea in urbem inuecta fuit, cõfluẽtibus undiq; aduenis et peregrinis hominibus, cũ antea sine ullis regulis populus romanus latine loquereť. Sed ubi iã aliarum linguarũ permistione lingua romana

paulatim corrumpi et perturbari cœpit, quidam qui tum ingenio erant acutiore hoc cernentes de latinitate grammaticam scribere instituerunt, & in ea certas regulas & præcepta quibus latinitas utcunq; integra conseruaretur, tradiderunt. Et hactenus quidē de ratione loquendi, nunc reliqua tria prosequamur iuxta eiusdem Quintiliani traditionem, quæ sunt uetustas, authoritas & consuetudo. Vetera (inquit ille) maiestas quædam & religio commēdat. Authoritas ab oratoribus & historicis peti solet. Nam poëtas metri necessitas excusat. Consuetudo uero certissima loquēdi magistra est, sed quę exigat (ut et alia iā dicta) acre iudicium. Verum ut Sermo latinus purus & incorruptus conseruetur, duo ante omnia uitia fugienda sunt. Solœcismus & Barbarismus, sed de quibus alibi potius quam hic dicendum uidetur. Atqui de latinitate hæc dicta sufficiāt. Sequitur explanatio, quam Cicero ad Herennium ita definit. Explanatio est, quæ reddit apertam & dilucidam orationem, hoc est, quæ facit, ut aperta & dilucida sit oratio. Ea comparatur uerbis tum usitatis tum proprijs. Vsitata uerba ea

sunt, quæ uersantur in sermone & consuetudine quotidiana, propria quæ eius rei de qua loquimur, uerba sunt, aut esse possunt.

DE COMPOSITIONE EX eodem Cicerone ad Herennium, & quibus præceptis ea custoditur, conseruaturq;.

Cap. V.

COmpositio est uerborum constructio æquabiliter perpolita. Æquabiliter (inquit ille) perpolita, id est quæ ita sit facta uerborũ constructio & compositio, ut rotunde & uolubiliter sine obstaculo fluat dicentis oratio, id quod his præceptis summopere curatur, quæ idem author protinus subiungit de compositione tractans. Ea ergo conseruabitur (inquit) si fugiamus crebras uocalium cõcursiones, ut quæ uastam & hiantem reddunt orationem. Cuiusmodi hæc est oratio, quam ille exempli loco subdit. Vaccæ Æneæ amœnissimæ impendebant. Et si uitabimus eiusdem literæ nimiam assiduitatem. Cui uitio (ait) hic uersus erit exemplo.

O Titi, tute Tati, tibi tanta tyranne tulisti, Et si eiusdem uerbi nimiam assiduitatem fugi emus. Cuius præcepti idem tale reddit exem plum, ut cuius rationis ratio non extet, ei ra tioni ratio non est fidem habere. Et si non ute mur continenter similiter cadentibus uerbis, hoc modo. flentes, plorantes, lachrimantes, obtestãtes: et si quę alia huiusmodi uitia sunt, uitabimus. In quibus illud animaduertẽdum uenit, quod ex ipsis uitijs quę habentur, quę dam si non præter modum, sed arte & ratio ne hoc est in loco fiant, tum non uitia dicen da sunt, sed inter uirtutes potius habenda. Si cut ediuerso & uirtutes ipsæ (authore Quin tiliano) tædium nonnunq; pariunt, & ob id tunc inter uitia numerãtur, nisi uarietatis gra tia adiunctæ.

DE COMPOSITIONE iterum, sed paulo altius ex ipso Quintiliano.

Cap. VI.

CÆterum ut hæc, quæ paulo su perius de compositione dicta sunt, maxima quidem ex parte ab ipso Cicerone ad Herẽnium pro

dita, plenius percipiantur, ea nobis ex Quinti-
liano paulo altius repetẽda sunt, nec id præ-
ter instituti nostri modum uideatur. Siquidẽ
ut illius uerbis utar, quantum inter est, sen-
sus idem quibus uerbis efferatur, tantum in-
teresť, qua compositione uel in exitu iungan-
tur, uel in fine claudantur, in exitu (inquam)
intellige ubi desinant. Scire itaq; oportet, ut
idem nos author deinde admonet, quod in
omni cõpositione tria sunt necessaria, ordo,
iunctura, numerus. Vnde fœlicissimum eum
sermonem esse dicit, cui & rectus ordo, & a-
pta iunctura, & cum his numerus oportu-
ne cadens contingit. Verum de his nos tan-
tum modo ueluti in transcursu dicamus ex
eodem authore. Ordinis obseruatio in uer-
bis est singulis, & contextis siue coniunctis
hoc est sententijs. In his cauendum est, ne de-
crescat oratio, ne fortiori subiungatur aliquid
infirmius, ut sacrilego fur, aut latroni petu-
lans. Augeri enim debent sententiæ & insur-
gere, ut optime id Cice. ubiq; obseruauit, ut
in illo exemplo ex secũda ipsi⁹ Philippica de-
sumpto. Tu istis faucibus, istis lateri⁹, ista gla
diatoria toti⁹ corporis firmitate &c. Aliud

enim hic alio magis superuenit. Quod si cœpisset a toto corpore, non recte ad latera fauces q̃ descenderet. Est præterea naturalis ordo alius ab alio, ut uiros ac fœminas, diem ac noctem, ortum & occasum dicas potius, quã retrorsum. Ordinem deinde sequitur iunctura. Ea in uerbis, in incisis, in membris, in periodis consistit. Hic illud notandum, quod inter ea in quibus iuncturam consistere dicit, primo loco uerba ponit, post hęc incisa, deinde membra, postremo periodos, et recte quidem. Nam sicut (ut etiam Diomedes grammaticus docet) ex uerborum combinatione fit comma, hoc est incisum, ita ex commatibus Colon, id est membrum, & ex Colis periodus. Quorum omnium exempla si quærat quispiam, ea profecto ex principio eius orationis pulcherrimæ, quam pro Milone habuit Cicero, quæ incipit. Etsi uereor iudices &c. colligere poterit commodissime, quicunque uel mediocriter in hac arte tum & in grãmaticæ præceptis uersatus fuerit. In uerbis igitur iuncturam consistere dicit, sed nonnunquam non sine reprehensione, quoties scilicet commissis inter se uerbis duobus, ex

ultima prioris & prima ſequentis ſyllaba de forme nomen aliquod efficitur, tum etiam cum uocalium inter ſe creber eſt concurſus, qui cum accidit, hiat & interſiſtit, & quaſi laborat oratio, que eadem a nonnullis hiulca oratio dicitur. Reſtat poſt ordinem & iuncturam numerus, non is qui ex unitatibus ut apud mathematicos, conflari & conſtare dicitur, ſed qui proprie rhytmus appellatur. Vnde & de hoc Quintilianus libro ſeptimo. Numeros hic (inquit) rhythmos accipi uolo, ut quos deinde temporum ſpatio conſtare dicit, atq; ita diſtinguit, ut dicat aut parem eſſe, ut dactylum. Vnam enim ſyllabam nempe longam, hic pes parem duabus breuibus habet. Aut ſeſcuplum, hoc eſt ut alij dicunt, ſeſquialterum, ut pœona, cuius uis eſt ex longa & tribus breuibus. Vnde hic maior numerus continet minorem & eius dimidium, ut iij. ad ij. Aut duplicem ſiue duplum, ut Iambum. Nam hic pes conſtat ex breui & longa, ut de quo Horatius in arte Syllaba longa brcui ſubiecta uocatur Iambus. Hic ergo longa ſuperat breuem dimidio, ut ſi compares duo ad unum. Cæterum

de numeris siue rhytmis (quod quidem ad hanc institutionem attinet) abunde satis imo copiosissime præcepta tradunt non oratores modo, sed & grammatici, inter quos præcipue Diomedes, quos cõsulere potius licebit.

DE DIGINTATE QVID sit, & quomodo diuidatur.

Cap. VII.

DIgnitas est, ut ad Herennium Cicero tradit, quæ ornatam reddit orationem uarietate distinguẽs. Hanc idem diuidit in uerborum & sententiarum exornationẽ, & utranqꝫ paulo post seorsum ita definit. Verborum exornatio est, quæ ipsius sermonis insignita continetur perpolitione. Sententiarum uero, quæ non in uerbis, sed in rebus quandam habet dignitatem. Sed hic admonendus studiosus lector uenit, quod quas Cicero & alij Ciceronem in primis secuti exornationes uocant (id quod & a Raphaele Regio obiter annotatum inuenio (eas nonnulli ex uulgo siue oratorum siue grammaticorum colores appellare solent, sed improprie plane et per abusum, cum color apud oratores proprie dicatur pro

babilis facti alicuius causa. Vnde & dicere solemus, quoties factū aliquod narratur siue proponitur, quod nec uerum, nec uerisimile est factum istud non habere colorem. Hinc apud Iuuenalem satyra sexta Quintilianus inducitur arrogatur a muliere in adulterio deprehensa, ut facti colorem dicat. Dic aliquem sodes, dic Quintiliane colorem. Itaq; non colores appellentur, sed ut Cicero eas uocat, & alij ex classicis scriptoribus exornationes, qd' his uelut ornamentis quibusdam oratio pulchrior redditur & uenustior, si apte & in loco accommodentur. De quibus sequenti tractatu agetur.

Finit Tractatus Sextus.

INCIPIT SEPTIMVS QVI ET VLtimus.

IN SEPTIMVM SIVE VLtimum tractatum de exornationibus prefatio.

ABsolutis hactenꝰ a nobis sex prioribus siue libris siue tractatibus in quibus quanta licuit breuitate capita dūtaxat huius artis siue elemēta q̄ uocantur, exposuimus, restat septimus q̄ & ultimus, in quo de exornationibus scripturi illud ante alia præfari duximus, quod de exornationibus plane supersederemus, nec quicq̄ scribere tētaremus, tametsi in his totum propemodū artificium cōsistit atq̄ relucet, imo quę sunt ueluti summa & apex facultatis oratorię, nisi uereremur ne superessent aliqui futuri, qui tractatus istos nostros, iccirco quod in his exornationes ipsę deessent desiderarentur q̄, tanq̄ mancos & mutilos atque defectos, minus lubentes amplecterentur, ut for

tasse non erunt, qui eos amplectantur, aut etiam legere dignentur, ut mihi quoq; illud iam dicere liceat, quod illi apud Persium satyra prima. Quis leget hæc? Præsertim cum tot extent de hac arte & a ueteribus & a recentioribus elegantissime scripta uolumina, ut nisi quis acta agere uideri uelit, non facile tentauerit post illos quicq; scribere de præceptis rhetoricis. Sed legent fortasse uel duo uel tres. At cur non etiam multo plures? Cũ nullus hodie liber tam incultus non modo sed & inutilis prorsus edatur, qui suos non inueniat emptores, habeatq; lectores. Id qd me iam non parum consolatur, ac quodam mõ inhortatur, ut hos de arte rhetorica scriptos a nobis tractatus, & iam unius accessu locupletandos q̃libet incultos ac non perinde etiam inutiles (si tamen meo non fallor iudicio) diuulgem ac eadem in publicum. Hac igitur ratiõe seu causa potius inductus septimum hunc atq; ultimum tractatum de exornationibus superioribus illis sex adijcere non grauabor. In quo etiam post Ciceronem ad Herennium & Fabium Quintilianum duo ueluti huius artis lumina apud latinos,

Philippum Melanchthonem non illibenter sequar atq; imitabor, maxime quod is (ut alias dixi) ipsas exornationes quodam haud indecenti ordine prosecutus sit, qui tamẽ apud Ciceronem ita confunditur (quod cum uenia tanti uiri dictum sit) ut nisi quis ualde ocu-latus fuerit, uix apud illum alias ab alijs discernere atq; dignoscere aut etiam seiungere possit. Taceo ac præterea hic nunc eos, qui de schematibus siue figuris & tropis tam grãmaticis q̃ rhetoricis priuatos quidem cæterum non inelegantes libros a se scriptos reliquerunt, Inter quos non paruam laudẽ apud eruditos obtinuit Petrus Mosellanus, qui nondum egressus iuuentutẽ cum de illis scriberet, non multo post immatura morte nobis sublatus est non sine multorum grauissimo ac prope intolerabili dolore. Quæ quidẽ mors immatura illi haud dubie obuenit partim ob ingenij magnitudinem, quod nimirũ præcox ei erat, partim ob ingentes eosdemq; cõtinuos labores inexplicandis enarrandisq; authoribus tam græcis quam latinis. Id quod alia quædam lucubrationum eius monumenta, quæ passim in manibus studiosorum

tum iuuenum, tum adoleſcentum habentur, facile indicant teſtanturq; . Hucuſque præfati ſatis ſuperque ad ipſas hinc iam tranſeamus exornationes, de quibus dicturi prius quidem uerborum, deinde ſententiarum exornationes aggrediemur, quem ordinem uideo & ab ipſo Cicerone obſeruari. Attamen non aduerſabitur huic propoſito eam inſuper admittere atq; recipere diſtinctionem, qua Melanchthon illas in priori ſuæ rhetoricæ editone, quæ certe mihi non diſplicet, diuidit atq; diſperſcit in tres ordines. In quorum primo eas collocat exornationes, quæ ad dictiones peculiariter pertinent. Quippe quæ tantum auribus (ut ipſius uerbis utar) non etiam ſententijs ſeruiant. In ſecundo deinde eas, quę ſententijs magis ſubſeruiunt quam uerbis. In tertio eas, quibus non modo figuratur oratio, ſed ſimul amplificatur, tum uerbis tum ſententijs. His ita præmiſſis, tandem ad rem ipſam ueniamus.

ARTIS RHETORICAE DE EXORNATIONIBVS PRIMI ordinis, hoc est ijs quæ ad dictiones siue uerba peculiariter pertinent, ex quibus prima occurrit. Repetitio.

Cap. I.

REpetitio est, cum uerbum idem in principio oratiõis iteratur, ut Scipio Numantiam sustulit. Scipio Carthaginem deleuit. Scipio pacem peperit. Scipio ciuitatem seruauit. Hæc a græcis ἀναφορά dicitur.

Conuersio est, cum in fine orationis idem repetitur uerbum, ut Italiam Hannibal armis uicit, ingenio uicit, dolis uicit. Hanc ex grecis alij ἀπαναστίπλοσιμ, alij ἐπαναστίπλωσιμ, quidam ἐπάμαλωφθν uocant.

Complexio est, per quam idem uerbum tum in principio tum in fine orationis repetitur. Vt qui sunt qui fœdora sæpe ruperunt? Carthaginenses. Qui sunt qui italiã deformauerũt? Carthaginenses. Qui sunt qui sibi postulant ignosci? Carthaginenses, Item Vergil. Multa super Priamo ro-

gitans ſuper Hectore multa. Hanc græci συμπλοκὴν appellant.

Duplicatio ſiue copulatio ut a Melanchthone ea deſcribitur, eſt cũ idem uerbum cum emphaſi hoc eſt ſignificantia quadam repetitur ut. Sed tandem ad illum uſq; diem Memmius erat Memmius. Talis ea fere figura eſt, qua Ouidius in epiſtola Hermonis ad Oreſten utitur.

Ipſa ego non longos etiã tunc ſciſſa capillos
Clamabam ſine me, me ſine mater abis.

Traductio eſt quę facit, ut cum idem uerbũ crebrius ponitur, non modo nõ offendat, ſed orationem etiam cõcinniorem reddat. Vt qui nihil habet in uita iucundius uita Is cum uirtute uitã nõ poteſt colere. Hanc græci πλοκὴν uocant quidam ex ipſis ἐπαναδίπλωσιν. Sunt & qui ταυτολογίαν, uocent.

Articulus eſt, ut Cicero eam definit, cum ſingula uerba interuallis diſtinguuntur cæſa oratione, ut accrimonia, uoce, uultu aduerſarios terruiſti ut autem Melanchthon cum multa uerba ſine coniunctione cohe rent, ut ueni, uidi, uici. Græci hanc δεδεμένον aut λελυμένον uocãt, quem latini aliquã

do dissolutum appellant. Huic cotrariũ schema est, quod a græcis ipsis πολισύνδετον dicitur, estq; cum oratio multis coniũctionibus coheret atque connectitur. ut apud Virgilium. Athantasq; Thoasq; pelidesq; Neoptolemus.

Similiter cadens exornatio dicitur (ut Cicero inquit) cum in eadem constructione uerborum duo aut plura sunt uerba, quæ similiter eisdem casibus efferuntur, ut hominem laudas egentem uirtutis, abundantem fœlicitatis. Quam græci ob id ὁμοιόπτωτον uocant.

Similiter desinens est, cum tametsi casus non insunt in uerbis, similes tamẽ exitus sunt. Vt turpiter audes facere, nequiter studes dicere. Item uiuis inuidiose, delinquis studiose loqueris odiose. Item audacter territas, humiliter placas. Hanc græci uocant ὁμοιοτέλευτον.

Membrum orationis Cicero uocari ait, cum res breuiter absoluitur sine totius orationis demonstratione, quę denuo alio membro excipitur, ut inimico proderas, & amicum ledebas. Hic membrum eius oratio-

nis unũ est, inimico proderas, quod mox excipitur alio membro nempe illo, & amicum cum ledebas. Atq; hæc exornatio solis duobus membris constat, sed commdissima (ut idem ait Cice.) et absolutissima est, quæ tribus constat membris, hoc modo. Et inimico proderas, & amicum ledebas, & tibi ipsi non consulebas. Hanc græci κῶλον appellant.

Compar exornatio est, que habet in se mẽbra orationis, quæ constant ex pari fere numero syllabarum, ut in prelio mortem pater oppetebat, domi filius nuptias comparabat: Itẽ audacia Alexãdro gloriã compara uit: Sapientia Platoni laudem uendicauit.

Agnominatio est, cum similitudine litterarũ deflectimus uocem in contrariũ, ut apud Terentium. Inceptio est amentium non amantium. Item oneri potius quam honori. Hinc Ouid. dixit hac usus figura. Non honor est sed onus. Sueto. item de Tibe. & Nero. alterum Biberium, alterum Meronem appellatos fuisse dixit. Hanc Cice. multis & uarijs rationibus confici dicit, literæ unius tum attenuatione, tum com-

plexione, tum productione, tum & breuitate, & alijs præterea modis fieri ait, sed hic ad Cicero. lectorem remitto breuitatis causa. Vt ergo summatim dicam, latissi hæc exornatio patet, & græci παρανομασίαν appellant.

Nominatio quæ dicitur a Cice. in rhetoricis ad Heren. a græcis ονοματοποίια uocatur, quæ & confictio nominis interprætari potest, inter maximas habita uirtutes apd illos, nobis (ut Quint. author est) uix permittitur. Ea autem est, ut a Cice. definitur, per q̃ cui rei nomen non sit, aut satis idoneum non sit, eã nosmet idoneo uerbo nominamus aut imitationis, aut significationis causa. Imitationis, cum illis utimur, quę πεποιημένα græcis dicuntur, a latinis factitia dici possunt. Significationis, cum uocabulo utimur translata, quo melius rem aliquam exprimemus. Inde enim sunt rudere, mugire, murmurare, sibilare. Et a Virgil. taratantara dictum est.

Pronominatio est, quę cognomine quodam extraneo dicit aut demonstrat, quod suo nomine appellari non potest, aut non de-

bet, ut si quis Gracchos significare uolens, Africani nepotes dicat. Sic & Poëtam pro Homero usurpamus, & philosophum pro Aristotele, & apostolum pro Paulo. Hæc græcis ἀντονομασία appellatur poëtis quã oratoribus familiari.

Denominatio est, quæ a propinquis & finitimis rebus trahit originem, quares possit intelligi, nõ suo uocabulo appellata. ut, p libero patre uinum, pro Cerere frugem. Hæc a grẽcis μετωνομία appellatur.

Abusio est, quæ uerbo simili & propinquo pro certo & proprio utitur, ut si quis dicat, uires hominis breues sunt, aut parua statura, cum ut hic pro parua abusiue longa dicitur, ita illic pro breues paruæ dicãt. Vnde grẽcis hẽc κατάχρησις dicitur.

Defectio, quam græci ἔκλειψιν uocant, ea est q̃ties uerbum aliquod in oratiõe deest, q̃d tamẽ necessario requiritur ad plenam ipsius orationis intelligentiã, ut apud Teren. Ego ne illã, quẽ me, quæ non? Item apud Virgil. hæc secum, deest hic loquitur uerbum. Et apud Iuuenalem, Græculus esuriens in cœlum iusseris, ibit, Deest hic si con

iunctio, ut uult Priſcianus.

Reticẽtia, que defectioni eſt cognata, ea eſt q̃ties interrumpitur oratio ueluti ex affectu loquẽtis. Vt apud Virgil. Quos ego, ſed motos prẽſtat cõponere fluctus. Hãc grẽci ἀποσιώπησιν, Cicero prẽciſionẽ uocat, ſed et reticentiã nõnunq̃ ut uult Quint.

Permutatio eſt, oratio aliud uerbis, aliud ſententia demonſtrãs, fitq̃ tribus modis, per ſimilitudinem, per argumentum, per contrarium, Per ſimilitudinem, ut Lupus eſt in fabula. Per argumentũ ut ſi quis Numitorem obſoletum dicat. Per cõtrarium ut ſi quis hominem prodigum & luxurioſum parcum & diligentem appellet ἀντιφρασιν ex grẽcis quidam eam uocant.

DE EXORNATIONIBVS SENtentiarum, hoc eſt ijs quæ ſententijs magis ſeruiunt quam uerbis. Cap. II.

SEquuntur exornatiões ſententiarũ, quas græci ſchemata διανοίας uocant. Ex his prima ſeſe offert nobis interrogatio,

Interrogatio eſt (ut Cicero eã definit) per q̃ cũ enumerata ſunt ea quę obſunt cauſæ aduerſariorũ, cõfirmamus ſuperiorẽ ora-

tionem. Et hęc si simplex est, non recipitur inter schemata rhetorica, ut sic rogare (quẽ admodum Quintilianus tradit lib. nono) Sed uos qui tandẽ, quibus aut uenistis ab oris? sed illa (ut idem deinde prosequitur quod dicere cœpit) quę nõ sciscitandi gratia assumitur, sed instãdi, ut Quid tu⁹ ille Tubero districtus in acie pharsalica gladi⁹ agebat? Et q̃usq; tandẽ abutere Catilina patientia nr̃a? Et patere tua cõsilia nõ sentis? Hanc græci πύσμα aut ἐξώτησιμ appellant.

Subiectio est, cum quid aduersum nos, aduersarioscq; nostros dici possit, quærimus, & quod dici oporteat mox subiícim⁹, ut Eĩ ne tu hominem appelles, qui si fuisset homo, nõ sic uitam hominis insectaret̃? Eandẽ Melanchthon paucis ita definit. Subiectio est, cũ ipsi respõdemus nostrę interrogationi. ut sum pius, heu doleo. Nã mihi sępe nocet. Ad id responsum est q̃d dixit. Sum pi⁹, heu doleo, si quis rogaret, cur doles? græci hanc ἀντυποφοραν appellãt. Sed & hic te remitto ad Ciceronẽ, unde exempla petas ut fortassis magis lucida, ita multo lõgiora quã nr̃a, qui breuitate studem⁹.

Exclamatio est, quę conficit significationem aut doloris aut indignationis p̄ hominis, aut urbis, aut loci, aut tēporis, aut rei cuiuspiā cōpellationē. Hominis, ut te nunc alloquor Africane, cuiꝰ mortui quoq; nomē splēdori et decori ciuitati est, & ita de alijs. Itē o tēpora, o mores: Huic confinis esse uidet ea figura, quę a q̄busdā insultatio dicitur & hoc modo definiri potest.

Insultatio est, qua alicui contumelioſe quicq̄, nec ſine irriſione opprobramus. Vſus est hac & Virgilius in quarto Æneid.

I, ſequere Italiā uētis, pete regna p̄ undas.

et Oui. in epiſt. q̄ est Phędrę ad Hippoly.

I nunc, et meritę lectum reuerere parentis.

Item Iuuenalis ſatyra duodecima.

I nunc, & uētis animam committe, dolato
Confiſus ligno, digitis a morte remotus
Quatuor aut ſeptem, ſi ſit latiſſima teda.

Dubitatio est, quæ a Grędcis ἀπορία dicitur ea est, cum dubitare & neſcire nos quicq̄ ſignificamus ut Equidem quo me uertā ne ſcio, Hanc Cice. fieri dicit, cum querere uideatur orator, utrum de duobus potius, aut quid de pluribus potiſſimū dicat. Vt

tu istud ausus es dicere homo omniũ mor
talium, quęro quonam te digno moribus
tuis appellem nomine?

Communicatio est (ut a Quintiliano defini=
tur) cum ipsos aduersarios cõsulimus, aut
cum iudicibus quasi deliberamus, quod
est frequentissimũ. Vt quid suadetis? Et
uos interrogo, quid tandẽ fieri oportuit?
Hanc græci uocant ἀνακοίνωσιν.

Permissio, est quæ (ut uult Quintilianus) ex
eodem uelut fonte fluit, ex quo communi
catio, unde et illi confinis est, ea ipsa est, cũ
aliqua ipsis iudicibus relinquimus ęstimã
da, aliqua nõnunq; aduersarijs quoq;. Vt
uobis iudices cogitandum relinquo, quid
hinc respub. detrimenti acceperit. Hanc Ci
cero paulo aliter definit sed in eũdẽ fere sen
sum, tum in dicendo ostendimus nos rem
aliquã totam tradere & cõcedere alicuius
uoluntati. Quidam eam ex græcis appella
ri aiunt ἐπιτροπήν.

Licentia est, cum in oratione ueluti abutentes
libertate, nobis authoritatẽ & fidem con=
ciliare studemus. ut est illud Cicer. in orati
one pro ligario. Suscepto bello Cæsar, &

gesto etiam ex parte magna, nulla ui coactus consilio ac uoluntate mea, ad ea arma profectus sim, quæ erant contra te sumpta, παῤῥησίαν græci hanc uocant.

Auersio est, cum ad aliquem conuertimus sermonem, hoc est ut Quintilianus de ea loquitur lib. nono, cum non sensus mutatur uerum forma eloquẽdi, ut Decios, Marios, magnosq; Camillos. Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar. Hic poëta sine figura dixisset, & Cæsarem.

Occupatio est, cum simulamus nos aliquid præterire, aut non scire, aut nolle dicere, id quod tum maxime dicimus, ut non dicam te a socijs pecuniam accepisse. Item nõ sum in eo occupatꝰ, ꝙd ciuitates, regna, domos omniũ depopulatus es. Furta, rapinas oẽs tuas omitto. Hęc a gręcis παραλειψις dicit. Sunt qui eam præteritionem appellent.

DE EXORNATIONIBVS TERtij generis iuxta distinctionem Melanchthonis. Cap. III.

REstant exornationes tertij generis, quibus non modo oratio figuratur, sed simul etiam amplificatur tum uerbis tum sententijs.

Hic illud cum primis obseruandum, quod amplificatur oratio aut per αὔξησιν, cum scilicet uerbo sublimiore & ampliore utimur, ꝗꝫ res exigit. Vt cum improbrobum hominem, latronem dicimus. Aut per ταπείνωσιν seu μείωσιν id est per extenuationem siue diminutionem, ut cum dicimus lesisse, qui uulnerauit. Ex his ornationibus primus locus tribuitur interpretationi.

Interpretatio est, quę non iterans idem reintegrat uerbum, sed cõmutat quod positum est alio uerbo, quod idẽ ualeat, hoc est, cũ multa uerba eiusdẽ fere significatiõis eidẽ attribuunt, ut Rẽpub. radicit⁹ euertisti, ciuitatẽ fundit⁹ deiecisti. Hãc ꝗdã συνωνυμίαν Quint. uerborum congeriem uocat.

Diffinitio est, quæ rei alicuius proprias amplectit̃ potestates breuiter et absolute. Vt Maiestas reipub. est in qua cõtinetur dignitas & amplitudo ciuitatis. Hæc a græcis ὁρισμὸς dicitur.

Demonstratio est, cum ita res uerbis exprimitur, ut geri negocium & res ante oculos esse uideatur. Vt pila emittunt, sese umbonibus contegunt, gladijs cominus certant.

Græci hanc ἐπίδειξιν uocant.

Significatio est res, quæ plus in suspitione relinquit, ꝙ positum est in oratione. Hoc est cum ex aliquo dicto latens alquid eruitur quod significatur tantum non etiam dicit. Vt apud Virgilium Nō licuit thalami expertem sine crimine uitam degere more feræ. Hæc a græcis ἔμφασις dicitur.

Confirmatio est, cum aliqua quæ non adest persona cōfingitur, quasi adsit, aut cum res muta aut informis fit eloquens & formata, ut Scipio si reuiuiscat, dicet, ego urbi pacem peperi, uos bella concitastis. Et apud Ouidium. Iam nostros curui norunt delphines amores.

Effictio est, cum exprimitur & effingitur uerbis corporis cuiuspiam forma, quo ad satis fit ad intelligendum, ut erecta fronte, rubicundis oculis, aduncis naribus &c. Hæc græcis χαρακτηρισμὸς dicitur. Vtit autem subinde hac ornatione Suetonius in descriptione uitæ cuiusꝙ Cæsaris a Iulio Cæsare orsus ad Domitianum usꝙ Cęsarem.

Gradatio est, in qua non ante ad consequens uerbum descenditur, ꝙ ad superius conscē-

ſum eſt. ut Nam quę reliqua ſpes libertatis, ſi illis & quod libet licet, et quod licet poſſunt, & quod poſſunt audent, & quod audent faciunt, & quod faciunt, uobis molestum non eſt. Hęc a gręcis κλίμαξ dicitur.

Tranſitio eſt, quę cum breuiter oſtẽdit, quid dictũ ſit, proponit item breuiter, quid conſequatur. ut Modo in patriam, cuiuſmodi fuerit, habetis, nunc in parentes qualis extiterit, conſiderate. Item hactenus de belli periculis, nunc de incommodis dicemus. A græcis hæc μετάσασις uocatur.

Correctio eſt, quę tollit id quod dictum eſt, & pro eo id quod magis idoneũ uidetur, reponit, hoc modo. Quod ſi iſte ſuos hoſpites rogaſſet, imo innuiſſet modo, hoc facile ꝓfici poſſet. Item perfricuit ille frontẽ, imo ne habet quidem frontem. Hęc a græcis ἐπανόρθωσις dicitur.

Interpoſitio figura eſt notiſſima & uulgo fere cognita, fitq; dũ in oratione aliquid declarandi gratia interponitur, ut apud Virgilium in primo Æneidos. Æneas (neque enim patri⁹ conſiſtere mentẽ paſſus amor) rapidum ad naues pręmittit Achatẽ, Hanc

greci (ut Quintilianus li.nono ait) παρέν-θεσιν uocant. Ex latinis alĩ interp̃tationẽ, alĩ interclusionem, quam & ipse tunc fieri dicit, cum continuationi sermonis medius aliquis sensus interuenit.

Contentio est, cũ ex contrarijs uerbis sententia conficitur, hoc modo. Habet assentatio iucunda principia, eadem exitus amarissimos affert, itẽ inimicis te placabilẽ, amicis inexorabilẽ prebes. Item in ocio tumultuaris, in tumultu solus es ociosus. Hanc græci ἀντίθετον aut etiam ἀντίθεσιν uocant.

Circuitio est oratio rem simplicem assumpta circumscribens elocutione, hoc modo. Scipionis prouidentia Chartaginis opes fregit. Sic luue. nec mite Thaletis ingenium. Hanc græci, περίφρασιν appellant. Ex latinis (ut ait Quintili.) quidã circuitũ uocãt.

Expolitio est (ut Cice. eam definit) cum in eodẽ loco manemus, et aliud atq; aliud dicere uidemur. Idq; fit modis duobus, si aut eandem plane dicimus rem, aut si eandem rem dicimus sed nõ eodem modo. Nam id obtundere est auditorem, non rem expolire. Ergo commutare debemus. Commutabi

mus autem tripliciter, uerbis, pronunciando, tractando. Verbis quidem, cum res semel dicta iterum aut sæpius alijs uerbis, quæ idem ualeant, profertur, hoc modo. Nullum tantum est periculum, quod sapiens pro salute patrię uitandum arbitretur. Idem sed alijs uerbis. Qui bonis est rationibus præditus, profecto nullum discrimen uitæ sibi pro fortunis reipub. fugiendum putabit. Pronunciando, si tum in sermone, tum in acrimonia tum in alio atq; alio genere uocis gestuq; eadem uerbis commutando uehementius pronunciauerimus. Tractãdo, si sentẽtiã trajciamus aut ad sermocinationẽ, aut ad exiscitationẽ. Sed huius ultimæ partis exempla ex Cicerone petantur potius quam hic adscribantur prolixitatis uitandæ gratia.

Sentẽtia est oratio, quę aut quid sit, uel quid esse oporteat in uita, breuiter ostẽdit, hoc modo Domat omnia uirtus. Item difficile est eũ uirtutes reuereri, qui semper secũda fortuna sit usus. Item liber is est existimãdus, qui nulli turpitudini seruit. Hanc græci γνωμην uocant.

Cõmoratio est, cum in loco firmissimo, quo tota causa continet, manetur diutius, & eo dẽ sępius redit. Hac uti maxime cõuenit, atqꝫ id oratoris boni maxime propriũ est. Huic sane exornatiõi (Cice. ait) satis idoneum exẽplum subĳci nõ potest, propterea qd hic locus nõ est a tota causa separatus, uelut membrum aliqd, sed tanqꝫ sanguis profusus est per totum corpus orationis.

¶ Hæc sunt, quæ de exornationibus siue schematibus rhetoricis in prẽsentiarum habui, & ĳs quidem, quæ mihi magis familiares uidebantur, proindeqꝫ huic nostræ institutioni adĳcerentur. Reliquas studiosus lector apud Ciceronem & Quintilianum alioscꝫ huius artis scriptores, imo et apud Diomedem grammaticum requirat, simulqꝫ boni consulat interim has nostras qualescunqꝫ lucubrationes.

Finit Tractatus Septimus & ultimus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-439210-p0180-6

SEQVITVR ORDO ET NVMERVS CAPI-tum, per singulos libros siue tractat⁹ post ipsam cuiusq; libri siue tractatus præfa-tionem.

CAPITA PRIMI TRACTA-tus siue libri, numero. Viij.

Quod magna sit inter Grammaticam, Dialecti cam & Rhetoricam cognatio, tum uero quem-admodum differant inter se distentq;. Cap. I.

Quam inter se habeant differentiam Dialectica & Rhetorica duntaxat partim ex Boethio, par-tim ex Zenone stoico philosopho imo stoico-rum secte principe, Cap. II.

Quid possit hęc ars, unde & eius utilitas quoq; modo intelligatur. Cap. iij.

Cuiusmodi Hic magn⁹ & sapiens uir fuerit, exe plo quodāmodo declaratur ex Horatio & Vir-gilio. Cap. iiij.

De utilitate artis Rhetoricę ex Quintil. Cap. V.

Qua ratione rhetoricæ inuentio habeatur, un-de & eius utilitas quoq; cognoscatur. Cap. VI.

Quid interſit inter Rhetorem, ſophiſtam, & oratorem, obiterq; de utilitate & ratione declamãdi, quàm breuiſſime ex Quintiliano. Cap. Vij.

Diſceptatiõis ſiue certaminis inter duos eloquẽtię, hoc eſt artis rhetoricæ, alterum præceptorẽ atq; magiſtrum, alterum diſcipulum & auditorem exemplum luculentiſſimum profecto, & facetiſſimum. Cap. Viij.

CAPITA SECVNDI TRACTATUS ſiue libri, numero. X.

De rhetorica, Quid ſit & quot eius partes, & cur partes eius habeantur. Cap. I.

De officio rhetoricæ ſeu ipſius oratoris, & quis finis artis. Cap. II.

Quid interſit inter officium & finem. Cap. III.

De auditoribus, & quæ ſit illorum differentia ex Martiano Capella. Cap. IIII.

De tribus cauſarum generibus. Cap. V.

De ciuilibus quæſtionib⁹, cuiuſmodi ſint, & cur ita dicantur. Cap. VI.

Quod unicuiq; horum trium generum certum quoque tempus accomodetur, utetiam finis ex

Aristotile. Cap. VII.

De instrumento artis siue facultatis rhetoricę, tũ & de instrumẽtis ipsi⁹ oratoris. Cap. VIII.

Quod non ab re oratio instrumentum artis rhetoricæ dicatur, simul & de usu & apparatu ipsius orationis ex Plutarcho. Cap. IX.

Quod sit oratoris opus. Cap. X.

CAPITA TERTII TRACTA-
tus siue libri, numero XIIII.

De inuentione quid sit. Cap. I.

De materia artis rhetoricæ, tum quid sit causa, & de quæstione quæ etiam cum duplex sit, utra ad rhetoricam pertineat. Cap. II.

De statu quid sit, & cur ita dicatur, & de eius diuisione. Cap. III.

De statu siue constitutione coniecturali, qui & a quibusdam inficialis status appellatur ex Cicerone. Cap. IIII.

De statu siue constitutione diffinitiua, quæ & nominis Controuersia dicitur. Cap. V.

De statu & constitutione generali siue de con

trouersia generis qualitatisue. Cap. VI.

Assumptiua constitutio in quot partes diuidatur. Cap. VII.

De statu siue cõstitutiõe trãslatiua. Ca. VIII.

De argumentis, quo uidelicet modo orator his opus habeat, & de illorũ inuentiõe. Cap. IX.

De argumentatione, quid sit. Cap. X.

De partibus argumentationis. Cap. XI.

De locis argumentorum maxima quidem ex parte ex Quintiliano. Cap. XII.

De alijs quibusdam locis, quos inartificiales uocant. Cap. XIII.

Quod poetarum quoq; fabulæ nonnullę uim habeant argumentorum. Cap. XIIII.

CAPITA QVARTI TRACTA-
tus siue libri, numero. X.

De dispositione, & de duplici eius ratione. Ca. I.

De elocutione, & quid inter sit inter Elocutionem & Eloquentiam. Cap. II.

Quot ex partibus elocutio constet. Cap. III.

De memoria. Cap. IIII.

De duplici memoria quid utraq; sit. Cap. V.

Qua ratione memoria artificialis inuenta sit, & á quo primum inuenta, & de eius obiter præceptis quibusdam partim ex Quintiliano, partim ex Martiano Capella. Cap. VI.

De pronuntiatione eiusq; partib⁹. Cap. VII.

De uoce & quot ipsa reb⁹ spectetur. Cap. VIII.

De gestu, quo pacto in pronuntiatione sit obseruandus, & quanta sit eius uis. Cap. IX.

Quot & quibus rebus hæc omnia assequi possimus. Cap. X.

CAPITA QVINTI TRACTATUS siue libri, numero. XVI.

De exordio. Cap. I.

De generibus siue qualitatib⁹ causar⁹. Cap. II.

De duobus exordij generibus siue partibus siue membris. Cap. III.

Quo pacto auditores beneuoli, attenti & do-
ciles reddantur. Cap. IIII.

De exordiorum uitijs. Cap. V.

De narratione. Cap. VI.

De tribus narrationis uirtutibus siue laudi-
bus, Cap. VII.

De diuisione quám tertiam quidam orationis
partem faciunt. Cap. Viij.

De partibus diuisionis. Cap. IX.

De confirmatione quid sit, tum & de specie-
bus argumentationis, ut in quas ipsa diuiditur.
cap. X.

De inductione. cap. xi.

De rationatione siue syllogismo, & quibus
ex partibus constet. cap. Xij.

De partibus Ratiocinationis. Xiij.

De argumentis, & eorum siue generibus siue
differentijs. cap. Xiiij.

De confutatione. cap. xv.

De peroratione ac partibus eius. cap. xvi.

CAPITA SEXTI TRACTA-
tus siue libri, numero. VII.

Quibus in rebus elocutio uersetur. cap. i.

De discrimine harum figurarum inter se per exempla. cap. ij.

De uitijs harum trium figurarum ex eodem Cicerone ad Herennium, & quot res perfecta elocutio habere debeat. cap. iij.

De elegantia & duabus eius partibus latinitate & explanatione cap. iiij.

De compositione ex eodem Cicerone ad Herennium, & quibus prçceptis ea custoditur, conseruaturq;. cap. v.

De compositione iterum, sed paulo altius ex ipso Quintiliano. cap. vi.

De dignitate quid sit, & quomodo diuidatur cap. vij.

CAPITA SEPTIMI TRACTA-
tus siue libri. numero. cap. iij.

De exornationibus primi ordinis, hoc est ijs quæ ad dictiones siue uerba peculiariter pertinent, ex quib⁹ prima occurrit, Repetitio. cap. i.

De exornationibus ſententiarꝝ, hoc eſt iis quę ſententiis magis ſeruiunt quàm uerbis. cap. ij.

De exornatiõibus tertij generis iuxta diſtinctionem Melanchthonis. cap. iij.

EPITAPHIVM GENEROSI ET ILLVſtris uiri D. Hermanni Comitis è præclara & antiqua comitũ Nuenarioꝝ familia, eiuſdemq; Præpoſiti inſignis & maioris eccleſię Colonien. Qui annum agens nonum & trigeſimum fato functus eſt, mortemq; obijt Auguſtę (que urbs eſt Vindelicorum famigeratiſſima.) in ipſis comitijs & conuentu Principum & ſtatuum imperij, auſpicio Caroli quinti Romanorum imperatoris, anno à uirgineo partu milleſimo, quingẽteſimo, trigeſimo. Cuius corpꝰ Colonię Agrippinæ in templo uirginum ueſtalium ſiue monialium ad hortum Mariæ ſepultum iacet inter corpora utriuſq; parentis ſui, patris quidem, à quo illi familię eius nomenclatura, arma & inſignia, Matris uero è Comitibꝰ á Manderſcheit, Quorum animas apud ſuperos in Chriſto uiuere & cum eo regnare piæ credimus.

HVc quicunq; uenis, aut astas, ciuis an hospes,
Et ꝑcul ante pedes hęc monumẽta uides.
Me lege, quám spectas appensam forte tabellã,
Ad patrem muri, qua monumenta sedent.
Ne tamen, hęc quot sint, dubites externe uiator
Sunt tria, sunt unum, sunt monumẽta trium.
Hic etenim clarus cum clara coniuge coniunx
Conditur, & magis his clarus utroque satus.
De quo nimirum, quia uirtus maior in illo,
Quám mihi sunt uires, dicere plura uetor.
Quin adsit potius (quas nauiter ipse colebat)
Musarum sapiens ex Helicone chorus.
Viuens ac moriens quę gesserit, ille loquatur,
Tum qui uir fuerit, dicat & ille tibi.
Hic noster fuit á teneris, & magnus alumnus,
Nos & nostra pari sedulitate colens.
Et sic, ut nobis uel magnos inter honores,
Post sacra laudetur nil habuisse prius.
Vt qui nil unq; studiorum nosse refugit,
Quidquid cum latio, Græcia docta dedit.
Illa sed in primis adamauit pectore toto,
Quæ nisi cœlestis spiritus ipse docet.
Non hic diuitias sic est miratus, opesq;,
Non ita fortunę cętera dona bonæ.
Vt non longe illis, hominum prędferre salutem,
Vir pius eligeret, si quibus esset opus.
Quid? quod multorũ mores expertus & urbes,
Per mare, per terras multa pericla tulit.
Ac sic illa tulit, ne non agnoscere posses.
Corporis atq; animi parte ab utraq; uirum.

Interea, quamuis generoso á ſanguine ductus
Eſſet, ut á Comitum, natus & ipſe Comes:
Attamen hoc ipſo nulli ſe prætulit unq̃,
Vir grauis & conſtans, omnibus æquus erat.
Aſt ubi (quę immites torquebãt ſtamina parcę
Cenſebántq; illi longa fuiſſe ſatis)
Abſciderãt (quę ſors homines cõmunis ad oẽs
Tardius aut citius ſic ſua quẽq; manet.)
Protinus hunc noſtrũ non expectatus alumnũ,
Morbus corripuit ſonticus ille grauis.
Is quia non ſimplex erat, & gliſcebat in horas,
Proſtrauit ſubita debilitate uirum.
Haud ſecus, ac uirides tempeſtas deĩcit ulmos,
Viribus incumbens fortius uſq; ſuis.
Scilicet hic poteras atrox ſpectare duellum,
Pendebat pugnæ caſus utrinq; diu.
Ah tandem inſultans naturæ morbus, abibat
Victor, & ingemians increpitabat Io.
Mira uiri fuit in tanto patientia caſu,
Dicere ut hic poſſes, alter Iobus erat.
Imo inter tantos (quos pertulit ipſe) dolores,
Et quos ſuſtinuit diſſimulare tamen.
Hęc illum (ſimul inualuit graſſator iniquus)
Et repetiſſe eadem uerba ſubinde ferunt.
Non mea, ſed de me fiat tua Chriſte uoluntas,
Parce (precor) noſtris & miſereſce malis.
Iamq; animã moritur⁹ agẽs, hãc (dixit) inermẽ
Quam tibi commendo, ſuſcipe ſancte pater.
Hæc illi ſic uita fuit, ſic exitus illi,
Illi, qui nobis uiueret utilius.
Non tñ hoc tanti eſt, cur plãgas candide lector,

Tristitia cur tantis fletibus ora riges.
Quin potiꝰ gaude, tristemq; exporrige uultum,
Quatinus hic mors est uiuere, uita mori.
Hic nunc cum Christo regnat sine fine beatus,
Viuit & in Christo lætus uterq; parens.

FINIS.

Vale quisquis es lector, ac boni cõsule, Nam qui tibi hoc carmen legendum exhibuit, ingenue ipse fatetur se amore magis tanti uiri (cui illud dedicauit) q̃ arte adiutum esse, ut quod legisti ἐπιτάφιον tandem absolueret, quam q̃ & extempore æditum.

Errata quę obiter inter excudendum commissa sunt.

B.fol.1.facie.1 le.man^{9}.Ibidē q̄mō le.q̄quōmō. B.fo.1.fa.possit le.posset.B.2 fo.5.fa.2. le.exercitiū.Ibid.authori.le.authore.Ibi.q̄d le.q^{p}.Ibid. le.exercitū. B.fo.6.fa.1.le.declamatiōes. B.fo. 7.fa.1.ipsa le.ipse.C.fo.1.fa.2.le.recēsuit.Ibid.le adiicit his.C.fo.5fa.1.q̄d.le.q̄t.C.fo.6.fa.2.le.p̄specta.C.fo.7.fa.1.le.illud.Ibid.tradet.le.tardet C.fo.8 fa.2 fecit.le.facit.D.fo.3 fa. 1.le.agam^{9} q^{p} D.fo.7.fa.1.le.gñalis.D.fo.8.fa.1.q̄d nomine.le. q̄ nomine.Ibid.le.cōtrouersia.E.fo.1.fa.1.le.p̄cipiant.E.fo.1.fa.2.le.aliena.E.fo. 6.fa.1.le.siue p̄fatiōe.F.fo .3 fa.1 le.inuētionē.Ibid.q̄dam le.q̄dem.F.fo.3.fa.2.le.riteF.fo. 4.fa.1.le.accipi Ibid.le.seq̄ntur.F.fo.5 fa.1 le.integro.F fo.8. fa.1.le.aūt(it Cicero.G.fo.3.fa.2.q̄d habeāt.G fo.5.fa.1.nosce le.nosse.H.fo.1.fa.1.le.p̄cedēti H.fo.2fa.1.finē le.fidē.H.fo.3.fa.1.p̄tionē le.p̄titionē.H.fo.3.fa.2.le.q̄d nobis cū.H.fo.8.fa.1. ail^{9}.le.ali^{9}.I fo.2.fa.1.le.ut si eius rei.I.fo.2.fa.2 nosce le.nosse.I fo.8 fa.2.iucat le.iudicat.k fo.1. fa.1.Exposit^{9} le.Expositis.k fo.2.fa.1.le.certis p̄bet.k fo.4.fa.2.magis le.maius.k fo .7.fa.1 eadē.le.edā.k fo.8 fa.1 dipsit.le.dispescit.Ibidē fa.2 le.αναδιπλωσιν.Ibid.le.ἐπανάλυψιν.L fo.2 fa.2 latiss. le.latissime.Ibid.trāslata le.trāslato.L.fo .3 fa.1. le.familiarior.Ibid.le . cū aut magna statura cū ut hic p̄ lōga,magna dicit,ita illic p̄ breues p̄ræ abusiue dicat.L fo.5 fa.2 le. παρρησιαν.L fo.6.fa.2 le.cōfirmatio est.Ibid.ornatiōe le.exornatiōe.

Abstrusio	ἀδυσδιτὸν ἀντὶ διαλυτὸν	ζ
Abominatio	παραοκομαδία	ζ
Abusio		ζ
Absurdio	κατάχρησις	ζ
Accumulatio	ἀπάναδίπλωσις. ἐπανάληψη	1
Complexio	συμπλοκὴ	2
Compar		
Commiseratio	ἀναπείνωση	ζ
Confirmatio		ζ
Correctio	ἐπανόρθωσις	7
Contentio	ἀντίθετον ἀντίθεσις	8
Circuitio	περίφρασις	8
Commoratio		9
Diaphiratio		2
Denominatio	μετάνομία	4
Dubitatio	ἐπιλόγισις	4
Definitio	ἀπορία	5
Demonstratio	ὁρισμὸς	7
Exclamatio	ἔκθεσις	7
Effictio	χαρακτηρισμὸς	5
Expolitio		7
Evidentia		8
Interpretatio	ἥλιμαξ	8
Licentia		9
Litotes	ἀπόφασις	6

QVIS VERE NOBILIS ET sit & dicatur.

Quem sua nobilitat uirtus, hic nobilis esto,
Quo patre nil refert, quoue creatus auo.
Sic Socrates uirtute fuit, non stemmate clarus,
Sic quoq; multiiuga claruit arte Plato.

DE EBRIETATE VITANDA.

Vt sis dum uiuas, animoq; & corpore sanus,
Et possis rebus rite uacare tuis.
Exulet ebrietas, fera pestis, inutilis hospes.
Nam uenit innumeris hæc comitata malis.

DEO NON HOMINI FIDENdum.

Fide deo, ne fide homini, quicunq; beatus
Esse cupis, fallax non deus est, sed homo.

FINIS.

M

Membrum κῶλον 2

N. O

Nominatio ὀνοματοποιΐα Occupatio παράλειψις 3

P.

Pronominatio ἀντονομασία 4
Permutatio ἀλληγορία 4
Permissio ἐπιτροπή 6

R

Reticentia ἀποσιώπησις 4
Repetitio ἀναφορά 1

S

Similiter cadens ὁμοιόπτωτον 2
Similiter desinens ὁμοιοτέλευτον 2
Subiectio ἀντιπροφορά 5
Significatio ἔμφασις 7
Sententia γνώμη 9

T

Traductio πλοκή vel ταυτολογία 2
Transitio μετάβασις 8

Quale fingit Spatium nostrum cerle tectis
Quo vagus cerebras tegore mites abit
Sterat et ad varios orti rosa splendida Solis
Et moriens sterlit sole radente rapit
Denigt ut se antro fontis de tempe sorores
Quinis in varios no redatur abit
Praetuit humanas sit atas brevis vitae.

78 L 1582

X22080 49.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-439210-p0197-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-439210-p0198-1

RHE-
TORICA IOAN-
NIS CAESARII IN
septem libros siue tractatus
digesta, uniuersam fere eius
artis uim compendio com-
plectens iam denuo excusa,
sed per eundem antea di-
ligẽter recognita, & ca
stigata locupleta-
tacꝙ.

IMPRESSVM CO-
lonię apud ędẽ diui Lupi.
M. D. XXXV.